

*MASTER  
NEGATIVE*  
NO. 91-80042-8

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

## COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

*AUTHOR:*

**NICEPHORUS  
BLEMMYDAS**

*TITLE:*

**NICEPHORI BLEMMYDAE  
CURRICULUM VITAE...**

*PLACE:*

**LIPSIAE**

*DATE:*

**1896**

Master Negative #

91-80042-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

J89N52

Works 1896

IE96

Nicephorus Blemmydas.

Nicephori Blemmydae curriculum vitae et carmina  
nunc primum edidit Aug. Heisenberg. Praecedit  
dissertatio de vita et scriptis Nicephori Blem-  
mydae. Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, 1896.  
cx, 136 p. 17 cm. (Bibliotheca scriptorum  
Graecorum et Romanorum Teubneriana.)

210680

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

INITIALS A.T.

DATE FILMED: 5/16/91

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

## BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN  
ENTRY: Nicephorus Blemmydus.

### Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

Page(s) missing/not available: \_\_\_\_\_

Volumes(s) missing/not available: \_\_\_\_\_

Illegible and/or damaged page(s): p. 1<sup>st</sup> of end - pages (glossy?), 2 more end pages - not numbered

Page(s) or volumes(s) misnumbered: \_\_\_\_\_


Bound out of sequence: \_\_\_\_\_

Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: \_\_\_\_\_

Other: \_\_\_\_\_

Best Copy Available

*BEST COPY  
AVAILABLE*





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS

BY APPLIED IMAGE, INC.

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORUM GRAECORUM  
ET ROMANORUM  
TEUBNERIANA

NICEPHORUS BLEMMYDES

EDIDIT

A. HEISENBERG



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

889 N 52 T E 98

Columbia University  
in the City of New York

LIBRARY



**Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.**

**Vorträge und Aufsätze.** Von H. Usener. [V u. 259 S.] gr. 8. 1907.  
geh. M. 5.—, in Leinwand geb. M. 6.—

Aus den noch nicht veröffentlichten kleineren Schriften Useners ist hier eine Auswahl von Vorträgen und Aufsätzen zusammengesetzt, die für einen weiten Leserkreis bestimmt sind. Sie sollen „denen, die für geschichtliche Wissenschaft Verständnis und Teilnahme haben, insbesondere aber jungen Philologen Anregung und Erhebung bringen und ihnen ein Bild geben von der Höhe und Weite der wissenschaftlichen Ziele dieses großen dahingegangenen Meisters und dieser Philologie“. Den Inhalt bilden die Abhandlungen: Philologie und Geschichtswissenschaft, Mythologie, Organisation der wissenschaftlichen Arbeit, über vergleichende Sitten- und Rechtsgeschichte, Geburt und Kindheit Christi; Pelagia, die Perle (aus der Geschichte eines Bildes). Als Anhang beigefügt ist die Novelle „Die Flucht vor dem Weibe“, die als Bearbeitung einer altchristlichen Legende sich ungewöhnlich anschließt.

**Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie.** Von Prof. Dr. A. Gudeman. [VI u. 224 S.] gr. 8. 1907. geh. M. 4.80, in Leinwand geb. M. 5.20.

Dieses Kompendium ist eine völlig umgearbeitete und bedeutend erweiterte Ausgabe von des Verfassers Outlines of the History of Philology (5. Aufl. 1902). Hauptzweck des Buches ist, als Vademecum für Universitätsvorlesungen zu dienen; doch dürfte es sich nicht minder zum Selbststudium empfehlen.

In engem Rahmen und übersichtlicher Form gibt das Buch nach den einleitenden Abschnitten über Begriff und Einteilung der Philologie, sowie der verschiedenen Behandlungsmethoden einen Überblick über die bedeutendsten Vertreter der Altertumswissenschaft und ihrer Werke nebst reichhaltigen, aber sorgfältig gesichteten Literaturangaben. Das Buch hilft einem wirklichen Bedürfnis ab, da eine das ganze Gebiet umfassende Darstellung der Geschichte der klassischen Philologie überhaupt noch nicht vorhanden ist.

**Abriß der griechischen Metrik.** Von Prof. Dr. P. Masqueray. Ins Deutsche übersetzt von Dr. Br. Presler. [XII u. 243 S.] 8. 1907.  
geh. M. 4.40, in Leinwand geb. M. 5.—

Der vorliegende Abriß führt sofort in medias res und erklärt praktisch an der Hand geschickt ausgewählter Stellen das Versmaß und den Vers- und Strophenbau, vom Leichteren zum Schwierigen fortschreitend, damit auch der Anfänger sich leichter in das schwierige Gebiet einarbeiten kann. Die notwendigen theoretischen Ausführungen sind klar und verständlich, wobei der Verfasser geschickt abwägend auf die Theorien der Alten zurückgeht. Die das Werk auszeichnende sachliche Kürze und Klarheit ließen es vor allem wünschenswert erscheinen, den Abriß in deutscher Sprache weiteren Kreisen zugänglich zu machen.

**Vergils epische Technik.** Von Rich. Heinze. [VIII u. 487 S.] gr. 8. 1903. geh. M. 12.—, in Halbfanz geb. M. 14.—

„..... Aber auch die wissenschaftlichen Kontroversen neuerer Zeit, die sich um Vergil und was mit ihm zusammenhängt, bewegten, haben deutlich gezeigt, daß keine Aufgabe dringlicher war als die in diesem Buch gelöste. Wenn das Urteil über ein der literarischen Weltgrößen wieder einmal schwankend geworden ist, so beweisen z. diese Größen immer, daß sie erstaunlich fest auf ihren Füßen stehen, aber dann das Urteil nicht umfalle, müssen die Bedingungen, aus denen das Werk selbst hervorgegangen ist, die persönlichen, nationalen, die im Zusammenhang der geistigen Bewegung liegenden neu untersucht werden; dann werden die reicherden Mittel der Zeit das Verständnis des Werkes gegenüber der Bewunderung früherer Zeiten fester begründen. Nicht immer zeugt die wissenschaftliche Bewegung das Buch, auf das sie hindrägt; in diesem Fall ist es geschehen..... Das Buch ist, soweit ich die Literatur kenne, das Beste, was bisher über Vergil geschrieben worden ist. Es hat aber auch eine sehr große Bedeutung als durchgeföhrtes Beispiel der Analyse und wissenschaftlichen Voraussetzung des großen literarischen Kunstwerke.“  
(F. Leo i.)

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

**Die hellenische Kultur.** Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland, Richard Wagner. 2. Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und gegen 400 Abbildungen im Text und auf 2 Doppel-tafeln. [X u. 491 S.] gr. 8. 1907. geh. M. 10.—, in Leinwand geb. M. 12.—

Dem Bedürfnis nach einer zusammenfassenden Darstellung der griechischen und (in einem zweiten, in Vorbereitung befindlichen Bande) der römischen Kultur in weiterem Umfange, als sie bisher vorliegt, soll dies Werk Rechnung tragen. Die Verfasser, die sämtlich im praktischen Schuldienst stehen, haben es als ihre Aufgabe angesehen, die gesicherten Ergebnisse der neueren Forschung in einer für jeden Gebildeten faßlichen und lesbaren Form darzubieten, unter besonderer Berücksichtigung der Bedürfnisse und der Ergebnisse des Unterrichts in den Oberklassen unserer höheren Schulen. Dem geschriebenen Wort tritt ergänzend und weiterführend ein reichhaltiger Bilderschmuck zur Seite, der um so weniger fehlen durfte, je lebendiger gerade das Kulturleben des Altertums uns durch seine Denkmäler veranschaulicht wird.

„Ein Buch, das, ohne mit Gelehrsamkeit zu prahlen, die wissenschaftliche Tüchtigkeit der Verfasser bezeugt. Überall sind auch, bei der Behandlung der Kunst wie der des Schrifttums und der politischen Verhältnisse, die neuesten Funde eingehend berücksichtigt. Die Darstellung ist meist knapp, aber inhaltreich, verständlich und gefällig. Trefflich ist gleich der kurze Abschnitt über Sprache und Religion in der Einleitung. Ganz meisterhaft scheint mir die Behandlung der Kunst. Nirgends bloße Redensarten, selten Urteile, die für den Leser in der Luft schwaben, weil ihm die Anschauungen fehlen. Was zu sagen ist, wird meist an gut gewählte Beispiele angeknüpft. Neben der äußerlichen Geschichte der Kunst kommt auch die Stilentwicklung zu vollem Recht. Das staatliche Leben, besonders in Athen, wird in allen seinen Betätigungen anschaulich und doch nicht zu ausführlich vorgeführt. Vergleiche mit späteren Verhältnissen erleichtern oft das Verständnis. Die Schilderung des geistigen Lebens hebt besonders die gewaltigeren Persönlichkeiten hervor, begnügt sich aber nicht mit bloßen Tatsachen und Urteilen, sondern führt, soweit tunlich, auch Proben an oder gibt Inhaltsangaben der überlieferten Werke, die auch dem mit der griechischen Literatur unbekannten Leser ein Verständnis für die Bedeutung dieser Geisteshelden eröffnen.“ (Lehrproben und Lehrgänge.)

**Charakterköpfe aus der antiken Literatur.** Von Prof. Dr. Ed. Schwartz. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. [VI u. 125 S.] gr. 8. 1906. geh. M. 2.—, in Leinwand geb. M. 2 60.

„Die Vorträge enthalten vermöge einer ganz ungewöhnlichen Einsicht in das Staats- und Geistesleben der Griechen, vermöge einer seelischen Feinfühligkeit in der Interpretation, wie sie etwa Burkhardt besessen hat, historisch-psychologische Analysen von großem Reiz und stellenweise geradezu erhabener Wirkung.... Die Verinnerlichung, die Schwartz auf diese Weise seinen Gestalten zu geben versteht, ist m. W. bisher nicht erreicht, und die gedankenschwere Kraft seiner Sprache tritt dabei so frei, ungesucht und einfach daher, daß man oft kaum weiß, ob die ernste Schönheit des Ausdrucks oder die Tiefe des Gedankens höhere Bewunderung verdient....“

(Jahresbericht über das höhere Schulwesen. 1903.)

**Geschichte des hellenistischen Zeitalters.** Von Julius Kaerst. I. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. geh. M. 12.—, in Halbfraenz geb. M. 14.—

„Kaerst geht nirgends einer Schwierigkeit aus dem Wege, umsichtig hat er vor der Entscheidung stets die Möglichkeiten erwogen. Daß sein Werk ganz ausgereift zeigt mit am deutlichsten sein Maßhalten. Es ist ein gefährliches Gebiet, die Geschichte Alexanders, wo jeder leicht zeigen kann, was er nicht kann; mit dem Mute der Jugend ist Kaerst an diese Aufgabe gegangen, um in der Kraft der Mannesjahre sie zu lösen. Das Urteil über ein Werk, das völlig hat ausreifen können, darf einen hohen Maßstab anlegen. Diese Geschichte Alexanders enttäuscht auch die Leser nicht, die viel erwartet haben. Schrift und Darstellung, nach Form und Inhalt ist sie die bestudteste, bestausgearbeitete seit J. G. Droysen.“ (Liter. Zentralblatt. 1903. Nr. 31.)

NICEPHORI BLEMMYDAE

CURRICULUM VITAE ET CARMINA

NUNC PRIMUM EDIDIT

AUG. HEISENBERG.

PRAECEDIT DISSERTATIO DE VITA ET SCRIPTIS  
NICEPHORI BLEMMYDAE.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCCXCVI.

GYMNASIO SENATORIO OSNABRUGENSI

ET

HENRICO RUNGE

NUPER EIUS DIRECTORI MEOQUE PER PLURES  
ANNOS PRAECEPTORI CARISSIMO

GRATO ANIMO

HOC OPUSCULUM

DEDICAVI.

## INDEX.

	pag.
I. De vita auctoris . . . . .	X—XXV
II. De autobiographia . . . . .	XXV—XXXI
III. De testamento . . . . .	XXXII—XXXIII
IV. De epistulis . . . . .	XXXIII—XXXVI
V. De libris περὶ ἐκπορεύσεως τοῦ ἀγίου πνεύματος . . . . .	XXXVI—LIV
VI. De libro περὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως . . . . .	LIV—LVI
VII. De encomio in S. Ioannem evange- listam . . . . .	LVI—LIX
VIII. De libris geographicis . . . . .	LIX—LXIV
IX. De libro qui inscribitur βασιλικὸς ἀνδριάς . . . . .	LXIV—LXVII
X. De libris philosophicis . . . . .	LXVIII—LXXXII
a. De epitome logica . . . . .	LXVIII—LXXVIII
b. De epitome physica . . . . .	LXXVIII—LXXXII
XI. De libris περὶ ψυχῆς et περὶ σώματος . . . . .	LXXXIII—LXXXIV
XII. De libris medicis . . . . .	LXXXV—LXXXIX
XIII. De explanationibus psalterii . . . . .	LXXXIX—XCIV
XIV. De carminibus . . . . .	XCIV—CVIII
XV. Supplementa varia . . . . .	CVIII—CX

## PROLEGOMENA.

Etiamsi iure a viris doctis postulatur, ne satis habeant singulas disciplinae cuius studio sese dediderunt partes pervestigare, sed ut ea, quae hic illic cognoverunt, universa una imagine depingant, qua spatium progressionis ingenii humani repraesentari possit, tamen, ut hoc munere maximo atque praeclarissimo fungantur, evocari ei non debent, priusquam singula perscrutari potuerint. veterum Graecorum et Romanorum historia, ut exemplum afferam, tam accurate perquisita est, ut hodie facultate data viorum doctorum esse debeat eam enarrare et quae nostri populi animum movent comparata aetate vetusta et illustrare et quando oporteat corrigere. studia Byzantina aliter iudicanda sunt. nam mores, artes, litterae, omnia denique Byzantinorum propria ob solam eam causam adhuc parum nota sunt aut fallacibus iudiciis videntur, quod singulis partibus nondum cognitis de toto eorum cultu atque humanitate malevole iudicaverunt et legibus aliunde sumptis res Byzantinas aestimaverunt. quin etiam multi eorum, qui ut aedificia sua exstruerent praeclara saxa a Byzantinis mutuati sunt, ea quae relinquebant observatione non dignantes iterum atque iterum famam divulgaverunt litterarum Byzantinarum vasta fragmenta indigna esse, quae singulatim pertractarentur, quoniam omnia sine ulla delectatione eandem speciem praebarent. quae opinio praeiudicata quod hodie tandem evanescere coepit, praecipue Carolo Krumbacher tribuendum est. summa enim diligentia is libro, quem de litteris Byzantinis scripsit,

reliquias collegit, apte et commode dispositus, recte quoad fieri poterat illustravit, optima denique instrumenta, si quis eis operam suam studiumque navare velit, usui dedit.

Sed reliquiis litterarum Byzantinarum tecto conservatis maxima pars laboris absolvenda restat. neque enim ita false illi viri docti iudicabant, cum omnia fragmenta eadem specie esse dicebant. haec vero falsa erat, nam vera sub sordibus latebat, quibus sublatis proprietates et litterarum et scriptorum denuo apparebunt. atque de nonnullis eorum velut Michaeli Acominato et Michaeli Psello hac opera ab aliis suscepta Krumbacher ipse nuper Michaelis Glycae exemplo demonstravit, quantus fructus talibus singulis studiis effici posset. nos igitur Nicephorum Blemmydam e mortuis revocare conati sumus.

Pauca sunt, quae usque adhuc de hoc viro nota fuere, nec satis constituit, quando floruerit quantumque in litteris Byzantinis valuerit.<sup>1)</sup> quid? quod ne Krumbacher quidem laudem quae debetur ei tribuit.<sup>2)</sup> equidem cum in studiis de Georgii Acropolitae vita et scriptis versarer, in dies magis vidi Blemmydam, Acropolitae magistrum, certe haud minore observatione dignum esse quam discipulum; quamobrem summo gudio repletus sum, quod in bibliotheca regia Monacensi Blemmydae autobiographiam repperi. qua perfecta admiratione commotus studia de Georgio Acropolita in tempus posterum differre et primum Nicephori Blemmydae vitam et scripta pertractare constitui. quid profecerim haec prolegomena demonstrent. praeterea vitam Blemmydae nunc primum edidi, non solum aptam ad

<sup>1)</sup> Postquam ei scriptores, de quibus infra in capite V. plura dicemus, nonnulla de Blemmydae vita narraverunt, primus A. Demetracopulus in *'Επιλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη τόμ. α'*. ἐν Λειψίᾳ 1866 οέ sq. totam eius vitam breviter nec raro perperam descriptis. silentio autem is praeterit se cuncta e Blemmydae autobiographia hausisse, quam codice nostro Monacensi anno 1866. Lipsiam sibi misso perlegerat. de scriptis Blemmydae v. Fabricius, Bibl. Gr. (ed. Harl.) VII 670 sq. et saepius. <sup>2)</sup> K. Krumbacher, Geschichte der byz. Litteratur. München 1891 p. 159 sq.

mores ipsius auctoris sed etiam ad res et homines illius aetatis cognoscendos. nec me fefellit multis me parum caute fecisse videri, quod maximam partem uno illo codice Monacensi adhibito hoc opus in publicum edere ausus sum. sed quamvis intente quaesiverim, nonnullis fragmentis exceptis, quibus diligenter usus sum, integrum codicem nusquam repperi. quare eo minus cunctari me debere existimavi, quod codice Monacensi contextus tam paucis mendis corruptus praebetur, ut raro emendationibus opus sit. addidi carmina nonnulla Blemmydae, ut recte iudicari possit, quid is in ea arte effecerit, quam ab eo alienam fuisse usque adhuc putaverunt. plura de codicibus infra exposui.

Nunc denique opere peracto Carolo Krumbacher et Nicolao Festa amicis meis gratias maximas agere debeo, quod consilio et auxilio me in scribendo adiuverunt, nec silentio praeterire, quantum Georgii Laubmann, praefecti bibliothecae regiae Monacensis, obvia comitas mihi prouferit.

Scripsi Osnabrugae anno MDCCCVC. a. d. XVII. Kal. Nov., quo die ante trecentos annos schola praeclarissima condita est, cui hunc librum sacrum esse volui.

οὐ γὰρ ἡδεῖς ἴμεν οὔποτε τοῖς πολλοῖς οὐδὲ πεχαψιμεῖα λέγειν ἢ πράττειν εἰώθειμεν οὐδὲ τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς.  
p. 60.

## I.

## DE VITA AUCTORIS.

Ne difficultatibus nullis prohibitos in via nostra progredi nos posse opinemur, in ipso introitu codicibus manuscriptis admonemur variam praebentibus formam nominis eius viri, de quo disserere coepimus. praenomen Nicephori quidem semper idem traditur, ipsius autem nominis permultis formis velut *Βλεμύδης*, *Βλεμιδῆς*, *Βλεμύδης*, *Βλεμίδης*, *Βλεμήδης*, *Βλημυδῆς* aliis in dubitationem vocamus, quam preferendam existimemus. attamen quia in vetustissimo quoque codice auctor noster *Βλεμύδης* vocatur, quod nomen etiam in optimis annualium, quos Georgius Acropolites scripsit, libris manuscriptis legitur, a veritate non aberrare nobis videmur, cum *Βλεμύδην* eum appellamus, etiamsi in Acropolitea operis editione Bonnensi Immanuel Bekker parum magna diligentia pro hac forma *Βλεμιδην* substituit.<sup>1)</sup> praeterea et in historia a Nicephoro Gregora scripta<sup>2)</sup>, quam Ludovicus Schopen curavit, inter patres corporis Bonnensis scriptorum historiae Byzantinae laude dignissimus, et in Gregorii Cyprii de vita sua narratione<sup>3)</sup> a B. de Rubeis edita Nicephori nostri nomen semper *Βλεμυδην* scriptum legimus. quas ob causas<sup>4)</sup> nisi differendum iudicium putaveris, quoad lapi-

<sup>1)</sup> Georgii Acropolitae annales rec. I. Bekker, Bonnae 1836.

<sup>2)</sup> Nicephori Gregorae historia ed. L. Schopen, 2 voll., Bonnae 1829—30.

<sup>3)</sup> Migne, Patrolog. Graec. 142 (1865) 1 sq.

<sup>4)</sup> Quod Georgii Pachymerae editionem ab I. Bekker curata (Bonnae 1835), ubi alio loco *Βλεμυδης*, alio *Βλεμιδης* legitur, non respeximus, certe nemo vituperaverit.

dum inscriptiones verum clamaverint, Nicephorum Blemmydam auctorem nostrum vocare tibi licuerit.

Is anno millesimo centesimo nonagesimo septimo Constantinopoli natus<sup>1)</sup> una cum quattuor sororibus fratribusque, inter quos ipse secundus erat<sup>2)</sup>, in domo patris, qui medici artem exercebat<sup>3)</sup>, iucundissimam pueritiam exegit. sed huius spatii et urbis recordationem memoriāque sibi retinere non potuit, quod nonnullis annis postquam lucem aspexit cum suis caput imperii in perpetuum reliquit. anno enim 1204. Latini urbem expugnaverunt et gente imperatoria partim pulsa partim extincta in ruinis eius imperii, ubi nutu atque arbitrio unius omnia cohīta erant, patriam imitati regem instituerunt, cuius potentia per plures principes coerceretur, qui suis legibus utebantur; praeterea in extremis finibus imperii pristini Graecorum quoque quidam Latinorum exemplum secuti libertatem sibi vindicaverunt. quae cum ita essent Graeci antiqui status rerum studiosi paulisper nesciebant, quo oculos conicere possent. brevi autem Theodorus Lascaris, Alexii Angeli gener, qui illo anno in Asiam egressus inde imperium recuperare cooperat, bona spe animos complevit. ac primum quidem non magis quam ceteris fortuna ei favit, nam ipsi Nicaeni, potentissima Asiae civitas, portas ei clauerunt.<sup>4)</sup> sed qua erat virtute brevi totam fere partem septentrionalem Asiae in potestatem suam rededit et summa prudentia clericos Byzantio expulsos amicos sibi reddidit. omnes enim institutiones sanctas Constantinopoli Nicaeam, quod oppidum brevi post domuerat, transtulit ibique extra ecclesiam huius civitatis

<sup>1)</sup> Curriculi vitae suaे priorem partem Blemmydes secundum titulum codice Monacensi traditum (cf. p. 1), quem cur falsum esse arbitremur non habemus, mense Maio anni 1264. composuit. quod igitur tum sexaginta sex vitae annos exegerat (p. 1), colligere possumus eum annis 1197. aut 1198. natum esse. pluribus autem rebus collatis efficitur eum anno 1197. lucem aspexisse. <sup>2)</sup> v. infra 53, 25 sq. <sup>3)</sup> v. infra 3, 2 sq. <sup>4)</sup> Georg. Acrop. ed. Bonn. 12, 11 sq.

incolumes servavit.<sup>1)</sup> Graeci igitur cum vidissent illum non contentum esse, quod sibi ipsi libertatem recuperavisset, sed animum ad imperium restituendum intendisse, statim eum in maiore honore habere cooperant quam ceteros principes, qui in Graecia. Epiro, Thessalia, Trapezunte resederant; huc cum accessisset quod novus patriarcha, qui illo tempore electus erat, postquam superior monachi vestem induit, sedem patriarchatus Nicaeam esse voluerat, omnes Theodorum Lascarem verum successorem imperatorum existimaverunt. itaque Nicaeam optimus quisque advenit. praesertim cum Latini multo inconsideratores quam duobus saeculis postea Turci postulavissent, ut Graeci Romanorum fidei rituumque leges acciperent.

Anno 1205. Nicephori quoque pater in Asiam transiit.<sup>2)</sup> hic igitur filius nunquam procul ab aula regia remotus adolevit, labores et victorias Byzantinorum aspexit, quam maxime speraverat expulsionem Latinorum vidiit, in urbem ipsam nunquam rediit. ac primum quidem cum pater Prusae habitaret, quod oppidum hodie Brussam vocant, ibidem filius disciplina grammatica a Monasteriota quodam instructus est, quem nonnihil in studiis valuisse eo perspicimus, quod postea episcopus Ephesi electus est.<sup>3)</sup> nec mirum est, quod Nicephori magister clericus fuit; tum enim omnes fere pueri ab hominibus ecclesiasticis instrui solebant, quod scholae publicae urbe capta musisque fugatis initio nusquam erant. sed etiam postea, cum Lascares de republica optime meriti academias condidissent et sapientissimum quemque ut munus docendi suscipieret prudentia atque liberalitate adducerent, primae puerorum eruditioni clerici praefuisse videntur. atque Blemmydes, postquam per quattuor annos elementis grammaticis instructus est<sup>4)</sup>, Nicaeam sese contulit, ut rhetoricae disceret.<sup>5)</sup> huic enim studio, cuius fundamenta praeter Isocratis leges praecipue Hermogenis et Aphthonii pra-

<sup>1)</sup> v. infra 6, 29 sq. <sup>2)</sup> ibid. 55, 7. <sup>3)</sup> ibid. 15, 7 et 55, 7 sq. <sup>4)</sup> ibid. 2, 10. <sup>5)</sup> ibid. 55, 8.

cepta antiquo more posita erant<sup>1)</sup>, non solum ei se dare solebant, qui postea inter rhetores et oratores excellere cupiebant, sed quicunque ampliorem scientiam petebant ea, quae ingenium Graecorum per tot saecula creaverat, hoc ex fonte haurire studebant. rhetorica autem absoluta Nicephorus artem logicam adiit et primum Nicaeae, inde ab anno 1213. Smyrnae Demetrio Caryce duce, qui titulo ὑπάτου τῶν φιλοσόφων ornatus erat, eam discere coepit.<sup>2)</sup> sed priusquam eius elementa ut voces et praedicamenta plane pertractavisset, cum magister, quem ne postea quidem laudavit, ei displiceret, deserto litterarum studio patris exemplo medici officium suscepit. quamobrem intra annos 1215. et 1221/22. per septem fere annos medici artem tum Ephesi tum Smyrnae versatus primum didicit, deinde etiam publice exercuit.<sup>3)</sup> attamen veri non simile est eum iam illo tempore libros de rebus medicis scripsisse, qui codicibus nobis asservati sunt. nam magis Venus quam Minerva eius animum rexisse videtur<sup>3)</sup> nec scio an neque feminas adeo oderit atque contempserit ut postea neque de vita sua ea laude dignus fuerit, quam aetate confectus et abbatis dignitate ornatus sibi vindicavit.

Postremo a puella, quam amabat, desertus Blemmydes, ut denuo litterarum studio se daret, Nymphaeum ad aulam regiam sese contulit, ibique breviter moratus maioris eruditionis adipiscendae causa anno 1223. scholam Prodromi cuiusdam frequentare coepit, qui ad Seamandrum flumen in oppido eiusdem nominis habitabat.<sup>4)</sup> nec sine periculis Nicephorus noster ad eum pervenit, quod imperator Scamandi regione sub Latinorum dicionem redacta Graecos emigrare vetuerat et fines utrimque custodiebantur. postquam enim Henricus Flandriae comes brevi post urbem captam ad Abydum oppidum classe appulsus totam fere septentrionalem Asiam Graecis eripuit<sup>5)</sup>, pace anno

<sup>1)</sup> ibid. 2, 25. <sup>2)</sup> ibid. 55, 12. <sup>3)</sup> ibid. 3, 3 sq. <sup>4)</sup> ibid. 4, 5 sq. cf. W. M. Ramsay. *The historical Geography of Asia Minor.* London 1890 p. 154 et tab. p. 178. <sup>5)</sup> G. Finlay, *History of Greece III.* Oxford 1877 p. 286 sq.

1214. facta regio illa inter eum et Theodorum Lascarem, quocum bellum gesserat, ita distributa est, ut ille Troadis dominationem sibi retineret<sup>1)</sup>; anno denique 1225. Latini e tota Asia expulsi sunt angulo illo excepto, qui Constantinopolim vergit.<sup>2)</sup>

Prodromo igitur magistro Blemmydes per unum annum ut artes arithmeticam, geometricam, optica, catoptrica, astronomiam didicit, ita in primis in logicis progressus est.<sup>3)</sup> de ipso autem magistro, quem praestanti litterarum scientia fuisse conicimus, nihil accuratius traditum habemus nec certum est, quae ratio aut necessitas inter eum et illos duos Prodromos intercedat, qui viris doctis iam diu noti fuere.<sup>4)</sup> mihi tamen, si quid conicere liceat, veri simile videtur nisi omnia certe maiorem partem illorum scriptorum et rhetoricorum et grammaticorum, quorum Ptochoprodromum illum auctorem fuisse plerique virorum doctorum usque adhuc putaverunt, non ab eo sed ab altero quodam Prodromo composita esse.

Anno nondum peracto Blemmydes in fines Byzantinorum revertit et Smyrnae cum Demetrio Caryce, a quo antea instructus erat, de quaestionibus logicis disputavit; tanta autem simultas inter eos exstitit, ut Blemmydes brevi illinc discederet.<sup>5)</sup> deinde postquam aliquamdiu in aula regia Nymphaei versatus est, ubi imperator Joannes Vatatzes, gener Theodori anno 1222. defuncti, saepissime habitare solebat, anno 1223. exeunte Nicaeae clero magnae ecclesiae patriae suae aggregatus statimque ἀναγνώστης, die natali Iesu Christi διάκονος, Epiphaniis anni 1224. λογοθέτης nominatus est.<sup>6)</sup> Germanus enim, qui tum patriarchatu fungebatur, eum dilexit et cotidie secum vivere voluit. ac re vera Blemmydes tam praeclara eruditione et doctrina ornatus erat, ut plerosque sui ordinis homines multo superaret. cum autem, quod tam celeriter ad su-

<sup>1)</sup> ibid. p. 296. <sup>2)</sup> ibid. p. 304. <sup>3)</sup> v. infra 4 sq. <sup>4)</sup> cf. K. Krumbacher, *Geschichte der byz. Litteratur.* München 1891, p. 359 sq. <sup>5)</sup> v. infra 55 sq. <sup>6)</sup> ibid. 6 sq.

periores dignitatis gradus ascenderat tantumque in patriarchae favorem venerat, a multis ei invideretur, clam primum, deinde palam fallaciae in eum componi coepit. quas singulatim enumerare atque enarrare longum videtur, quia nihil aliud Blemmydes passus est nisi quod diligentissimus quisque et studiosissimus semper toleravit; homines enim minoris ingenii studiique eum in gloriae spatio retardare conantur et omni spe falsi alas celeres caeno incessunt, ut vim atque impetum impedian. postremo autem noster omnes has turpitudines vicit et anno 1227. patriarcha, qui ipse calumniis illis permotus aliquantum eius usum neglexerat, tanta fiducia iterum eum amplexus est, ut Manichaeorum seu Paulicianorum haeresin extirpandam ei mandaret.<sup>1)</sup> quo munere Blemmydes ut religionem suam ad furorem fanaticum auxit ita occasionem nactus est homines tutelae suae commissos ab insidiis eorum, penes quos in civitate Nicaena summa potestas erat, efficaciter defendere. brevi post, cum idem Nymphaei facere iussus esset, ibidem pro episcopo ecclesiam administravit.<sup>2)</sup>

Postremo tantas molestias et labores in dies magis pertaesus precibus suis omni munere solitus est et in insulam Lesbum sese contulit, ut perturbationibus liber totum se studiis dare posset. statim autem a patriarcha revocatus, qui eius officiis carere solebat, aliquantum rursus Nicaeae versatus est.<sup>3)</sup> tamen neque dignitatis accessionibus promissis neque patriarchae amicitia intima commoveri potuit, ut in ordine clericorum remaneret, sed postquam haud ita diu in monasterio *Δυοῖν Βουνῶν* in Latro monte sito habitavit et consilium vitae monachicae gerendae confirmavit, anno 1233. Manasse episcopo Ephesi adiuvante monachi vestem primum in duos annos secundum regulas induit.<sup>4)</sup>

Tunc denique quietem et otium nactus studia theolo-

<sup>1)</sup> ibid. 16 sq.  
<sup>4)</sup> ibid. 22.

<sup>2)</sup> ibid. 19 sq.

<sup>3)</sup> ibid. 21 et 60.

gica, quae quidem semper ei maxima curae fuerant, summa diligentia amplexus est; quo factum est ut, quemadmodum hodie quisquis veterum studium dilexit desiderio capitur praeclarissima et quasi sacra eorum loca visendi, Delphos, Acropolim, Olympiam, ita Blemmydes summo ardore incitaretur in Palaestinam, patriam fidei christiana, proficisci, ut in ipsis locis sanctis Christum veneraretur. quamobrem autumno anni 1233. monasterio relicto primum Rhodum navigavit.<sup>1)</sup> unde ne statim iter pergeret et iniquitate temporis imbres ac tempestates denuntiantis et eius, qui tum insulam regebat, liberali atque amico hospitio impeditus est. quo viro auctore in monasterio quodam ad Adramyttium montem sito consedit et in studiis omne otiosum tempus contrivit. cum autem vere appropinquante iter continuaturus esset, perturbationibus publicis retardatus est. nam Joannes Vatatzes, quem Leo Gabalas, dominus Rhodi, ne imperatorem agnosceret recusaverat, illo anno classem Cantacuzeno duce Rhodum misit et brevi insulam subiecit. a militibus autem terram ubique vastantibus Blemmydes quoque in monasterio vexatus Ephesum redire coactus est, priusquam Palaestinam vidisset.<sup>2)</sup>

Paulo post acerrimus Graecorum fidei defensor contra Latinos is publice exstitit. Vatatzes enim, qui ipse res dogmaticas nihil curabat nisi ut aliquam utilitatem publicam inde caperet, et qui Frederico II papae Romani inimicissimo amicissimus erat, recuperationem Constantinopolis, quam omnes Graeci summo ardore desiderabant, papa adiuvante celerius se perfecturum sperabat quam vi armorum ac virtute bellica fieri posset. ab eo igitur pontifex maximus spe dissensionis ecclesiarum sedandae impletus anno 1234. duos fratres ordinis S. Francisci et duos S. Dominici Nicaeam misit, qui de azymis et de processione spiritus sancti, quae quidem dogmata principue in controversia erant, cum theologis Graecis dispu-

<sup>1)</sup> ibid. 61 sq.      <sup>2)</sup> ibid. 62 sq. cf. G. Finlay l. c. 305.

tarent. sed quamvis magnam operam imperator daret, ut pacem et concordiam conciliaret, tamen, cum neque Latini neque Graeci a sententia sua digitum usquam discedere vellent, conatus in irritum cecidit. quibus colloquiis Blemmydes quasi Graecorum propugnator interfuit; itaque ea, quae in curriculo vitae de illis disceptationibus nobis tradidit<sup>1)</sup>, eo digniora sunt quae legantur, quod omnes, qui usque ad haec tempora de illo conatu separationem ecclesiarum finiendi scripserunt, solis e fontibus Romanis haurire potuerunt.

Quibus disputationibus theologicis Blemmydes cum magis magisque adduceretur, ut libros sacros et scripta patrum ecclesiasticorum diligentissime perlegeret, otium ad hoc necessarium nisi in monasterio se nancisci non posse arbitratus anno 1235. ordini monachorum in perpetuum accessit<sup>2)</sup>; brevi postea parentes, qui interea Nymphaei habitaverant, exemplum filii secuti sunt, nam omnes eorum praeter Nicephorum liberi ante eos de vita decesserant.<sup>3)</sup> praeceptis autem monachicis Blemmydes summa gravitate ac severitate se subiecit. quamobrem quae loca Epheso circumiacent ut coenobiis referta parum secreta ratus ad Idam montem sese recepit, ut vitam quam maxime solitariam ageret. sed ad episcopi Ephesii voluntatem reversus in parvum monasterium Paxamodium nomine iniit, quod ante portas Ephesi situm erat; neque quisquam solitudinis socius erat nisi Petrus puer et servus, quem Cosmam appellat. brevi autem postea, cum minister omnium quae a domino acceperat beneficiorum immemor noctu gladio eum aggressus esset, in alterum coenobium frequentissime habitatum transmigravit, quod S. Gregorio Thaumaturgo sacrum erat.<sup>4)</sup>

Anno 1237. is iter in Palaestinam, quod iam diu animo intenderat, tandem ingressus est nec usquam prohibitus summa veneratione loca illa sancta visit.<sup>5)</sup> neque

<sup>1)</sup> ibid. 63 sq. cf. p. XL sq. <sup>2)</sup> ibid. 70. <sup>3)</sup> ibid. 71 sq.  
<sup>4)</sup> ibid. 23 sq. <sup>5)</sup> ibid. 28 et 72.

enim erat cur homines Christiani vererentur, ne a Turcis quicquam sibi accideret, quod Hierosolyma tum Latinorum erant; duobus quidem annis post cum omnium Christianorum ira ac dolore rursus ab hostibus expugnata sunt. in Asiam reverso imperator ipse honorificum munus Blemmydae detulit. familiam enim eius iam diu noverat neque oblitus erat, quanto in favore is apud patriarcham fuisse et quanta doctrina atque scientia contra Latinos Graecorum partes defendisset. nec vero minus inter monachos nostri virtutem et eruditionem comprobatas esse eo cognoscimus, quod interea archimandrites monasterii S. Gregorii electus erat.<sup>1)</sup> quamobrem anno 1238. Vatatzes quinque adolescentes in eius scholam misit, inter quos ille fuit, quem scimus postea et in litteris et in rebus publicis inter primos praestitisse, Georgium dico Acropolitam.<sup>2)</sup> iussu igitur imperatoris, certe non sua sponte, quamquam ille omnem victum necessarium liberaliter dabat magnumque praemium regaliter promiserat, Blemmydes omnibus liberalibus doctrinis atque ingenuis discipulos illos instruere coepit. indulgenter autem eis usus non est neque omnium eorum amicitiam sibi peperit. severius enim de vita sentiebat, quam ut sententias ac voluntates adolescentium illorum perspicceret recteque aestimaret, qui nobilissimis familiis Nicaenis orti sese coercere semperque sine ulla exceptione oboedire neque consueverant neque volebant. postremo igitur duo ex eis, Romanus et Craterus, spe adducti severa magistri disciplina se liberatum iri, cum eius inimicis societatem inierunt, ut eum e favore imperatoris demoverent. atque primus Craterus, cum Manasses archiepisco-

<sup>1)</sup> ibid. 73. <sup>2)</sup> ibid. 29. cf. Georg. Acrop. ed. Bonn. 54 et 68. praeterea Theodorus Ducas Lascaris in encomio in Acropolitae laudem composite haec scripsit (cod. Paris. Graec. 3048 fol. 45r): πέντε τινάς νέους ὁ ἐμὸς δεσπότης καὶ βασιλεὺς εἰς τὴν τῶν γοαμμάτων προελόμενος μάθησιν, ἐκρεύσασαν ταύτην πρότερον ἀναλωθείσης τῆς Κωνσταντίνου παρὰ τῶν Ἰταλῶν, τῇ παιδείᾳ αὐτοὺς δέδωκεν ὥσπερ πέντε αἰσθήσεις, δι' ὧν φωτίσαι τὸ σῶμα ἐθάρρει τοῦ λόγου, ἐσβεσμένου καθεστηκότος. εἰς ἐκ τούτων ὁ ἐμός ἐστιν Ἀκροπολίτης κιλ.

pus Ephesi, qui semper amicissimus Blemmydae fuerat, mortuus esset, magistrum suum accusavit, quod e divitiis ab illo relictis nonnihil furto subduxisset. poena quidem affectus est, qui calumnias in medium protulerat, nihilosecias autem qui invenerant perrexere insidiari, maxime prae ceteris Constantinus Claudiopolites, qui defuncti loco archiepiscopus creatus erat, et Leo Adralestus, cui satrapis nomine imperator dominationem illius regionis commiserat. nihil autem ei nocuere, nam quae brevi post Romanus contumeliose dixit, quod Blemmydes et imperatori maledixisset et de rebus fidei false sentiret, pariter mera mendacia apparuerunt.<sup>1)</sup> quae quod imperator non audierat, carmine a nobis infra edito noster ei gratias egit.<sup>2)</sup> attamen omnibus his perpetuis inimiciis denique commotus est, ut monasterio suo exiret et Samum in coenobium, quod τὸν Πυθαγόρον vocabatur, transmigraret.<sup>3)</sup> tum autem Vatatzes vere amicum sese praestitit; chrysobullo enim eum in abbatis dignitatem restituit, qua re commotus archiepiscopus a negotiis ecclesiasticis sua sponte sese removit.<sup>4)</sup>

Blemmydes autem, priusquam administrationem monasterii S. Gregorii Thaumaturgi denuo susciperet, iussu imperatoris in Thraciam, Macedoniam, Thessalam sese consultulit, ut libros sanctos et profanos perlegeret atque si fieri posset colligeret.<sup>5)</sup> Vatatzes enim, cui maxima quidem curae militia erat, tamen quantum poterat etiam artes litterasque adiuvit.<sup>6)</sup> ab eo igitur litteris commendatus Blemmydes omnibus principibus carus exspectatusque venit nec minus in eis regionibus, quae sub dicione imperatoris non erant, ob scientiam suam ubique notam ab omnibus benignis vultibus exceptus est. cuius rei testimonio est, quod clerici Achridenses episcopi dignitatem ei obtulerunt.<sup>7)</sup> quam quidem quominus acciperet noster et amore tranquilli-

<sup>1)</sup> v. infra 30 sq. <sup>2)</sup> ibid. 100 sq. <sup>3)</sup> ibid. 30 sq. <sup>4)</sup> ibid. 33.  
<sup>5)</sup> ibid. 35 sq. <sup>6)</sup> Interpolator Acropolitae. C. Sathas, Bibl. Gr. medii aevi VII (1894) 507. <sup>7)</sup> v. infra 37.

tatis et desiderio patriae prohibitus feliciter peractis Ephesum rediit. ubi cum interea Constantinus Claudiopolites, ut supra memoravimus, monachi vestem induisset, Blemmydes invitatus est, ut in archiepiscopi locum succederet. sed quia ne tum quidem monachi ordinem deserere voluit, Nicephorus quidam, primus diaconus inter sacerdotes Nicaeenses, dignitate archiepiscopi Ephesii ornatus est, familiarissime idem ut antea solitus erat etiam tempore futuro Blemmyda usus.<sup>1)</sup> hic autem intra muros monasterii rursus adolescentes nonnullos instruere coepit, quorum ad numerum anno 1240. Theodorus quoque Lascaris, filius imperatoris, accessit.<sup>2)</sup> qui quantum Blemmydam dilexerit permagnus numerus epistularum nobis testantur, nec alio animo magistrum in discipulum fuisse eo perspicitur, quod illius amore permotus complures libros scripsit, de quibus infra plura dicenda erunt.

Honores tamen varios saepiusque oblatos Blemmydes non solum idecirco aspernatus est, quia verebatur, ne studiis non satis se dare posset, sed quod a rebus divinis alienos eos putabat. nam tales erant illa aetate cum alii principes monachorum tum Blemmydes noster, ut qua superbia inflammati essent sub specie modestiae atque humilitatis abderent, cum re vera meliores sese existimarent, quam ut rerum humanarum curas sibi imponi vellent. certe enim magis quam ceteri homines quidquid agebant deum respicere soliti primas apud eum sese obtainere et prae omnibus aliis ab eo se diligenter opinabantur. illos igitur viros praeclaros, qui pristinis temporibus cum omnium

<sup>1)</sup> ibid. 38. <sup>2)</sup> ita enim verba (39, 12) εἰς τὴν αὐτοῦ παιδαγωγίαν interpretanda puto. quamobrem illud οὐ προσικάμεθα (ibid. l. 15) 'non accepimus' significare non videtur, sed potius 'gratum non accepimus'. nam etiam Georgius Acropolites (ed. Bonn. 112, 17) Blemmydam Theodori magistrum fuisse tradidit et Theodorus ipse in epistulis ad Blemmydam scriptis (cf. p. XXXIII sq.) saepissime eum διδάσκαλον appellavit. idem quomodo in ipsis libris componendis Blemmydae sententias respexerit atque secutus sit alio loco disseremus. cf. J. Draeseke, Theodoros Laskaris. Byz. Z. III (1894) 498—513.

admiratione res ecclesiasticas sua voluntate direxerant, imitabantur sectabanturque et id maxime studebant, ut perpetuam sui memoriam posteris relinquerent. quare quod deo et sanctis ecclesias monasteriaque innumerabilia aedificabant Goetheanum illud respiciendum videtur:

Ja, wer eure Verehrung nicht kennte,  
Euch, nicht ihm baut ihr Monumente.

Itemque Blemmydes prope Ephesum in ea regione, quae Emathia vocabatur, monasterium exstruxit, quod Θεοῦ τοῦ ὄντος sacrum voluit.<sup>1)</sup> ipse autem intra annos 1241. — 1248., dum aedificium finiretur, monasterio S. Gregorii Thaumaturgi ut antea praefuit.

Tum vero necessitudines, quibus Blemmydes imperatori coniunctus erat, remisisse videntur. quamquam enim Germanus patriarcha, qui anno 1240. mortuus erat, eum imperatori commendaverat, hic eius animum durum atque praefractum veritus Methodium quandam patriarcham creari maluerat. quo post tres menses defuncto et sede patriarchali per quattuor fere annos vacua relicta anno 1244., cum denuo qui ecclesiam administraret eligendus esset multique Blemmydam proponerent, iterum imperator sententia sua de Blemmydae moribus nondum mutata quominus patriarcha is fieret obstitit.<sup>2)</sup> hac quidem compensatione usus est, ut per Manuelem novum patriarcham Blemmydam interrogaret, num summis honoribus atque praemiis donatus scholam Nicaeae brevi ante conditam regere vellet. sed noster iniuriarum memor, quas per Caterum et Romanum passus erat, epistula ad patriarcham missa, quam codices nobis servarunt, humaniter illud munus deprecatus est.<sup>3)</sup>

Aliis quoque rebus amicitia, quae Blemmydae cum

<sup>1)</sup> v. infra 72 sq. Georg. Pachym. ed. Bonn. II 342. Blemmydes ipse in compluribus libris velut περὶ πίστεως, Migne, Patr. Gr. 142, 585 hoc coenobium commemoravit. cf. p. L et LIV.   <sup>2)</sup> v. infra 39.   <sup>3)</sup> cf. p. XXXVI.

imperatore erat, dirupta est. neque enim solum cum nescio quibus de causis Vatatzes aliquamdiu cum Theodoro filio in simultate esset, cum hoc stetisse videtur, sed ipsum animum imperatoris laesit. nam hic Irene uxore anno 1241. mortua Annam, filiam Frederici II, in matrimonium duxerat. sed fortuna dira illa atrocitate a poetis veteribus depicta omnes liberos magnamini illius principis persecuta ne hanc quidem vitam beatam in aula Byzantina degere sivit.<sup>1)</sup> nam paucos post annos coniux ipse mortem obiit neque unquam Theodorus privignus inter monachos adultus absque eis educatus novercae suae, quae quidem Manfredis fortis ac strenui et Enzionis musarum amici soror erat, amicitiam sibi parere potuit. omnibus denique necessariis mortuis cum a Michaele VIII Palaeologo id praecipue studioso ut dominationem, quam dolo ac vi usurpaverat, iure se obtainere probaret, in matrimonium peteretur, conditione repudiata ab hoc in patriam remissa est. profecto similia sunt, quae Anna passa est, sorti Margaretae reginae, quam poeta Britannicus in scenam induxit. sed ne tam diu quidem, quoad coniux inter vivos florebat, fortuna ei arrisit. nam marchesina quaedam nomine Frigga<sup>2)</sup>, quae reginam ex Italia Nicaeam secuta erat, pulchritudine corporis animique virtutibus imperatorem brevi ita irritavit, ut ab eo publice cum omnium bonorum ira ac dolore anteferretur. iam saepius igitur a Blemmyda maximo odio in adulteram inflammato et verbis et litteris lacescita erat. quondam autem brevi ante monasterium conditum cum noster in ecclesia S. Gregorii missam celebraret, marchesina multis comitata subito intravit, ut sacris adesset. quam cum vidisset abbas statim monachos sacrorum finem facere et illam ut sceleratam fano exire iussit; sola sanctitate loci ab impetu comitum illius defensus est. pudore igitur et furore incitata illa ab im-

<sup>1)</sup> Georg. Acrop. ed. Bonn. 110. Georg. Pachym. ed. Bonn. I 181 sq. Niceph. Gregor. ed. Bonn. I 45.   <sup>2)</sup> hoc nomen e Blemmydae verbis (infra 40, 26): ἡς καὶ τοῦνομα φοίην εποίει colligimus.

peratore postulavit, ut hominem audacem poenis severissimis afficeret; quo timore Blemmydam ipsum liberum non fuisse eo perspicuum est, quod sui purgandi causa litteras bibliotheca Vaticana asservatas circum omnia coenobia sibi subdita dimisit.<sup>1)</sup> sed imperator sceleris sui adeo conscientius fuit, ut eum punire non auderet; eo maiorem tamen odio ex illo tempore in eum impletus erat.<sup>2)</sup>

Brevi postea aedificio finito Blemmydes cum magna manu monachorum in coenobium suum transmigravit. quamquam autem ibi otio frui et in litteris versari se posse speraverat, tamen fidei orthodoxae periculis denuo in publicum evocatus est. anno enim 1250. iterum papa legatos ad aulam regiam misit, qui de ecclesiae concordia cum Graecis agerent. his igitur disputationibus, quas infra accuratius pertractabimus, etiam noster interfuit tantoque successu Graecorum partes defendit, ut imperatoris ipsius animum sibi reconciliaret.<sup>3)</sup>

Tum ultimum Blemmydes res publicas attigit. ex illo enim tempore in coenobio versatus ita totum studiis atque eruditioni discipulorum sese dedidit, ut quae antea ei minimae curae fuerant res civiles tum odio et contemptioni ei esse inciperent. id quoque temporis multa, quae docebat, discipulis scripta dedit, quorum nonnulla velut geographicā, logica, physica, alia, ut erudiendo orta erant, ita fundamenta eruditionis ponebantur. parva enim manus adolescentium apud eum convenerant, qui summa admiratione ac veneratione magistrum prosecuti id quoque eius exemplum imitati sunt, ut ab aliorum hominum usu omnino sese excluderent. Georgius enim Cyprius, qui postea ad patriarchae dignitatem ascendit, cum anno 1259. Ephesum venisset, ut Blemmydam videret et si fieri posset eius scholam frequentaret, a monachis illius urbis de asperitate magistri et de superbia discipulorum talem ru-

<sup>1)</sup> ed. Leo Allatius de consensu ecclesiae 717 et in notis ad Georg. Acrop. annales ed. Bonn. 260 sq. Migne l. c. 605 sq.  
<sup>2)</sup> v. infra 39 sq. Niceph. Gregor. I 46. <sup>3)</sup> v. infra 41 et 74 sq. cf. p. XLIII sq.

morem audivit. ut, quamvis eius doctrinam admiraretur, consilio ipsius visendi desisteret.<sup>1)</sup>

Raro igitur Blemmydes ex otio suo excitatus est. cum autem anno 1254. Joannes Vatatzes. postquam viginti duos annos gloriose regnavit, eodemque anno Manuel patriarcha mortui essent, Theodorus novus imperator, qui periculis in occidentalibus imperii finibus ortis res ecclesiasticas bene compositas novumque patriarcham electum voluit, priusquam ad seditionem sedandam Asiam relinqueret, Blemmydae omnium penes quos ius creandi erat consensu hanc dignitatem obtulit.<sup>2)</sup> is tamen hunc honorem non accepit. neque enim expetendam summam ecclesiae dignitatem ducebat, nisi simul plenam ac liberam potestatem et agendi et iubandi haberet. hanc vero imperator ei concedere noluit. nam ex temporibus Theodori illius Studitae, qui postremus ecclesiam liberam facere frustra conatus erat, in oriente aliter atque in occidente imperatores ecclesiam vicerant neque unquam patriarchas fieri passi erant, quin sibi utique parerent. ne Theodorus quidem, fortasse quia ipse rerum sacrarum peritissimus erat, potestatem imperatoriam quidquam diminui voluit. quid? quod de ipsis rebus divinis et dogmaticis summum iudicium sibi vindicavit.<sup>3)</sup> quamobrem, postquam Blemmydes dignitatem illam recusavit, Arsenium quendam, simplicem monachum, patriarcham fecit, quem semper sibi dicto audientem habuit.

Tamen neque imperator amicitiam Blemmydae perdere voluit, sed brevi post eum oravit, ut omnibus totius imperii monasteriis praeesset<sup>4)</sup>, neque hic, quamquam ob easdem causas ne hoc quidem munus accepit, familiaritatis pristinae oblitus est. complures enim libros, quos Theodoro regnante scripsit, velut βασιλικὸν ἀνδριάντα<sup>5)</sup> et

<sup>1)</sup> Georg. Cyprius de vita sua Migne l. c. 24. <sup>2)</sup> v. infra 41 sq. et 88. <sup>3)</sup> Theodorus Ducas Lascaris De processione spiritus sancti ed. H. B. Swete, Londini 1875, p. 20 sq.  
<sup>4)</sup> v. infra 88. <sup>5)</sup> cf. p. LXIV sq.

libellum de processione spiritus sancti<sup>1)</sup> imperatori dedicavit. sed quanta esset Blemmydes duritia ac severitate Theodorus cum supremum diem videret iterum sensit, nam peccatorum veniam ab eo impetrare non potuit.<sup>2)</sup>

Quae postea in imperio Byzantino gesta sunt tranquillam Blemmydae vitam non perturbarunt. nam Michael Palaeologus, qui Theodoro anno 1258. mortuo rerum potitus est, ne modico quidem usu nostrum attigit. scientiam vero atque doctrinam Blemmydae plurimi aestimavisse videtur, nam cum anno 1261. Constantinopoli capta solemniter introiturus esset, preces nonnullas, quae inter triumphum publice pronuntiarentur, ab illo componi voluit.<sup>3)</sup> in mutuam tamen reverentiam eum non inclinavit. an quod gubernacula reipublicae vi ac nece capesiverat, quod immensas opes ab eis qui antea regnaverant diligentissime collectas prodige effundebat atque consumebat, quod denique Ioannem Theodori filium crudelissime vexaverat et postremo turpi morte affecerat, Blemmydae se probare potuit? quas ob causas noster facultate illum impediendi non data postremis annis monasterio suo administrando et litterarum studio contentus vitam solitariam degit. brevi autem priusquam moreretur Iosephum patriarcham vidit, qui, cum contra Arsenii sectatores pugnaret, benevolentiam nostri, ut qui potentissimus omnium in Asia monachorum erat, sibi parere studuit.<sup>4)</sup> sed Blemmydes rerum publicarum plane neglegens nec curans, utrum Josephus an Arsenius patriarcha esset, neque obedienter neque familiariter eum audivit. tamen sola monasterii cura occupatus Josephum iure patriarchatum obtinere iudicavit, quod hic se ab imperatore bullam auream impetraturum esse promiserat, qua testamentum ab illo factum sanciretur et monasterium semper immune ac liberum probaretur. et patriarcha quod pollicitus erat praestitit, imperator quae sanxerat more suo neglexit.

<sup>1)</sup> cf. p. XLIV sq. <sup>2)</sup> v. infra 47 sq. <sup>3)</sup> Georg. Acrop. 195.  
<sup>4)</sup> Georg. Pachym. I 338 sq.

quidquid enim monasterium Blemmydae valebat, soli eius qui praeerat virtuti ascribendum erat. cum igitur circa annum 1272. Blemmydes vita defunctus esset<sup>1)</sup>, a paucis amatus, multis offensus, a nullo non plurimi aestimatus, Michael opes ab eo relictas magnae ecclesiae Byzantii dedit, cuius membrum is quondam fuerat, monasterium ipsum nomine metochii alteri cuidam coenobio prope in Galesio monte sito adiunxit.<sup>2)</sup> postea aut Tamerlani illius furore aut vi roborum subterraneorum deletum est. tota eniū illa regio, ubi ex innumerabilibus monasteriis cotidie tum preces ad caelum mittebantur, hodie deserta et inculta est, sedes latronum et ferarum. monumentum coenobii situ perennius Blemmydes libris suis exegit.

## II.

Plerumque in vita Nicephori Blemmydae scribenda ipsius narrationem secuti sumus. eam cum titulo Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου, τοῦ κτήτορος, περὶ τῶν κατ' αὐτὸν διήγησις μερικὴ integrum uno codice Monacensi 225 traditam habemus, cuius descriptionem hic addimus. cod. Monacensis Graec. 225 (M) chartaceus est sine signis aquariis, partim initio, partim secundo dimidio saeculi XIV. scriptus, constans foliis 373 exaratis, pluribus partibus compositus, quas diversae manus scripserunt. vestitus est ligno, folia singula 0,24 m alta, 0,16 m lata, lineae scriptae 0,19 m altae, 0,12 m latae sunt.

1. fol. 1<sup>r</sup> Τοῦ ἐν ἀγίοις μαξίμον πρὸς γεώργιον τὸν δσιώτατον ἡγούμενον καὶ πρεσβύτερον, ἔρωτήσαντα δι' ἐπιστολῆς περὶ τοῦ κατὰ χριστὸν μυστηρίου.

inc. Νοῦν μὲν τὸν οἰκεῖον κτλ.

<sup>1)</sup> certe iam anno 1273. mortuus erat. cf. Georg. Metoch. ed. G. Cozza in A. Mai, Nova Patrum Biblioth. VIII 39; Josephus autem anno 1271. ad eum venisse videtur. <sup>2)</sup> Georg. Pachym. I 342.

Sequuntur usque ad fol. 38<sup>v</sup> compluria scripta minora S. Maximi Confessoris, quae singula hic enumeremus eo minus necesse est, quod cuncta apud Hardtium, catal. codd. mss. Graec. Monac. II 462 sq. descripta sunt.

2. fol. 39<sup>r</sup>—40<sup>v</sup> canon paschalis incerti cuiusdam auctoris (cf. p. CVIII).

folia 41<sup>r</sup>—203<sup>v</sup> alia manu exarata et quaternionibus distributa sunt; continent epitomen logicam et physicam Blemmydae.

3. fol. 41<sup>r</sup>: *νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου, τοῦ κτήτορος, εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς βιβλίον πρῶτον.* sequitur index capitum XL.

inc. fol. 41<sup>v</sup>: ἐπείπερ ἡ λογικὴ κτλ.

expl. fol. 117<sup>r</sup>: δέκα καὶ τρεῖς.

4. fol. 117<sup>r</sup>: *νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου, τοῦ κτήτορος, εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς βιβλίον δεύτερον.* sequitur index capitum XXXII.

inc. fol. 117<sup>v</sup>: πᾶν τὸ αἴτιον κτλ.

expl. fol. 203<sup>v</sup>: δμολογήσαιεν τῷ Θεῷ.

folia 204<sup>r</sup>—281<sup>v</sup> alia manu scripta et inde a folio 216 quaternionibus distributa sunt.

5. fol. 204<sup>r</sup>: *Θεωρία μανουὴλ τοῦ φιλῆ προαναγνωσκομένη τοῦ ἐγκωμίου καὶ ἀκροασθαι τὸν σύλλογον ἀναπείθονσα.*

inc. πολλῶν ὅντων ἡμῖν κτλ.

expl. fol. 205<sup>v</sup>: αἴτιον ἐπευλόγησον.

6. fol. 206<sup>r</sup>: *Τοῦ σοφωτάτου καὶ ἀγιωτάτου βλεμμύδον κυροῦ νικηφόρου ἐγκάμιον εἰς τὸν μέγαν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν ἰωάννην τὸν Θεολόγον.*

inc.: εὐαγγελιστὴν Θεολόγῳ κτλ.

expl. fol. 216<sup>v</sup>: εἰς τὸν αἰῶνας τὸν αἰώνων. ἀμήν.

7. fol. 217<sup>r</sup>: *τοῦ αὐτοῦ νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου, τοῦ κτήτορος, περὶ τῶν κατ' αὐτὸν διήγησις μερική. λόγος α'. <ἐγράφη> μηνὶ μαΐῳ ἵνδικτιῶν ξ', ἔτους σψοβ'.*

inc. ἔξ έτη διηνυκὼς κτλ.

expl. fol. 237<sup>v</sup>: τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

8. fol. 237<sup>v</sup>: *τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν διήγησις μερική. λόγος δεύτερος. ἐγράφη μηνὶ ἀπριλλίῳ ἵνδικτιῶν ὁγδόης, ἔτους σψ ψευδομηκοστοῦ τρίτου.*

inc.: ἐκ Θεοῦ μνείας κτλ.

expl. fol. 253<sup>r</sup>: καὶ ἀποφλήσεως.

9. fol. 253<sup>r</sup>: *νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου, τοῦ κατὰ τὰ ἡμάθια ἡσυχαστηρίου κτήτορος, λόγος περὶ ψυχῆς. ἐγράφη μηνὶ μαρτίῳ ἵνδικτιῶν σ' ἔτους σψοα'*.

inc.: ἡ μὲν δομὴ κτλ.

expl. fol. 262<sup>r</sup>: μονιμώτατος καὶ ἀτελεύτητος.

10. fol. 262<sup>r</sup>: *τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ σώματος. ἐγράφη μηνὶ ἀπριλλίῳ ἵνδικτιῶν δεκάτης.*

inc.: περὶ ψυχῆς εἰδησέναι φθάσαντες κτλ.

expl. fol. 281<sup>v</sup>: τοῖς ἄλλοις σχηματισμοῖς.

folia 282<sup>r</sup>—352<sup>v</sup> item alia manu scripta et quaternionibus distributa sunt.

11. fol. 282<sup>r</sup>: *νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ βλημίδον ἐξήγησις εἰς τινας τῶν ψαλμῶν.*

inc.: ἡ τῶν ψαλμῶν ἐξήγησις κτλ.

expl. fol. 352<sup>v</sup>: εἰς τὸν αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Inde a fol. 353. usque ad finem quartam partem saeculo XIV. exēunte scriptam legimus.

12. fol. 353<sup>r</sup>: *τοῦ αὐτοῦ ἀγιωτάτου καὶ σοφωτάτου κυροῦ νικηφόρου τοῦ βλεμύδον περὶ πίστεως.*

inc.: τοῖς δύσιοις κτλ.

expl. fol. 359<sup>v</sup>: ὧν μόνος αὐτός.

13. fol. 359<sup>v</sup>: *περὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως.*

inc.: ἥδη τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ κτλ.

expl. fol. 369<sup>v</sup>: μακαριώτατος.

14. fol. 369<sup>v</sup> (in margine δ'): *περὶ τῶν προσφερομένων Θεῷ ἀρτοῦ καὶ οἴνου καὶ θυμιάματος.*

fol. 370<sup>r</sup> (in marg. θ'): *περὶ τῶν προσιόντων ἐπὶ τῷ μονάσται.*

fol. 372<sup>r</sup> (in marg. ια'): *περὶ τῆς τῶν ἀσκητῶν προφῆτης.*

fol. 372<sup>v</sup> (in marg. ιγ'): *περὶ τοῦ τὰς εἰς θεὸν ἐντεύ-*

ξεις ἄνευ ἀσμάτων τελεῖσθαι καὶ πᾶσαν εὐταξίαν εἶναι ἐν τῷ ναῷ.

expl. fol. 373<sup>v</sup>: ἀσκητῶν καὶ ἡσυχαστῶν.

Mirabundos audio qui legunt quaerentes, num solo hoc codice Monacensi Blemmydae opus nobis traditum sit. totum certe, quainvis bibliothecas perscrutatus sim, nusquam alibi id repperi neque ullum e codicibus, qui quidem catalogis enumerati sunt, me effugisse persuasum mihi habeo. tam exigui numeri causas si cognoscere velis, praeter multa alia, quae semper afferri solent, id quoque respiciendum tibi erit, quod Blemmydae memoria monasterio statim post eius mortem alteri subiuncto brevi inter monachos, qui postea aedes illas habitaverunt, oblivione obruta est. quamquam igitur libri eius iterum atque iterum perfecti sunt, tamen neque ei qui legerunt de auctoris vita ac rebus gestis unquam quaevisserunt nec monasterium in historia ecclesiae Graecae quidquam postea valuit. ea tamen pars secundi libri, quam Blemmydes narratione colloquiorum cum Latinis factorum complevit, saepius descripta separatimque nobis tradita est. haec fragmenta hodie asservantur

2. cod. Laur. Graec. plut. VI 12 saec. XIV (L).

fol. 215<sup>r</sup>: τοῦ μακαριωτάτου νικηφόρου τοῦ βλεμμίδου ἐν τῷ κατ' αὐτὸν //

inc.: Τὰ περὶ τὴν Ἐφεσον πτλ.

expl. fol. 218<sup>r</sup>: ὅλως εἶναι τοῦ πνεύματος.

(p. 63, 4—70, 19 et 75, 6—80, 20 editionis nostrae.)

3. cod. Marc. Graec. 154 saec. XIV (V).

fol. 51<sup>r</sup>: Nicophori Blemmydae de processione spiritus sancti disputationes.

inc.: Λογίων δὲ τῷ τηνικάδε πτλ.

expl.: ὅλως εἶναι τοῦ πνεύματος.

(p. 63, 6—70, 19 et 74, 19—80, 20 editionis nostrae.)

4. cod. Mosq. Graec. 240 saec. XIV

fol. 249: Βλεμμίδου ἐν τῆς τῷ κατ' αὐτὸν διηγήσεως.

inc.: Λογίων δὲ τῷ τηνικάδε πτλ.

expl. fol. 252: ὅλως εἶναι τοῦ πνεύματος.

5. cod. Mosq. Graec. 250 saec. XVII

fol. 315: Βλεμμίδου ἐν τῇ τῷ κατ' αὐτὸν διηγήσεως.

inc.: Λογίων δὲ τῷ τηνικάδε πτλ.

expl. fol. 319: ὅλως εἶναι τοῦ πνεύματος.

codicem Laurentianum Nic. Festa contulit, Marcianum C. Castellani conferendum curavit.

Anno millesimo ducentesimo sexagesimo quarto liber prior huius narrationis scriptus est; neque enim habemus, cur inscriptionem codice Monacensi fol. 217<sup>r</sup> praebitam falsam esse ducamus, quae ut fortasse non ab ipso auctore praefixa ita certe non ab ignaro quodam addita est. idem de titulo διήγησις τῶν κατ' αὐτὸν iudicandum videtur. neque enim annales Blemmydes scribere voluit, qui a quovis litterarum amico legerentur, sed consilio adductus est μνείαν ποιήσασθαι τινῶν ἐν βίῳ συνηντηκότων μοι καὶ στήλην διηγήσας εἰς τὸν βοηθὸν καὶ σώστην ἐγεῖραι (p. 1). his verbis praeterea docemur Blemmydae narrationem in eo genere litterarum numerandam esse, quod vitas sanctorum appellare solemus. atque plurima huius generis opera, quae novissimis temporibus optimo iure in dies magis attento studio digna existimantur, ex eodem auctorum consilio videntur orta esse. unus enim e monachis coenobii cuiusdam, saepissime ex eis, qui ipsi conditorem cognoverant oculisque viderant, res ab eo gestas in eius honorem et in posterorum imitationem atque observantiam memoriae tradidit. Blemmydes autem, quasi suspicatus esset monasterium a se exstructum haud diu liberum mansurum esse, munus vitae sua litteris mandandae posteris relinquere noluit. quorum se inter scribendum summam rationem habuisse ipse his verbis testatur: πολὺν δ' αὐτῶν πεποίημαι λόγον (p. 1). itaque in hoc libro componendo exempla vetera eiusdem generis ad imitandum sibi proposuit. quod igitur quasdam res miras, quae

sibi accidissent, memoriae prodidit, illa exempla secutus genus narrandi imitatus est, et ut rerum veritatem interdum parum respexit ita nusquam consilio eam neglexit. prodigia vero seu mera mendacia tradere non ausus satis habuit narrare nonnunquam se mirifice e periculis servatum esse. saepius autem se ipsius dei subito interventu a rebus adversis custoditum esse quin inter scribendum persuasum sibi habuerit quis dubitaverit?

Simplici dictione usus Blemmydes in narrando annorum cursum secutus est. atque id maxime curans, ut ipsius vitae memoriam posteris relinqueret, res publicas praeteriit nisi quibus ipse interfuit. quod igitur tamen permulta legimus, quae ad historiam imperii Byzantini pertinent, denuo inde docemur permultum Blemmydam apud aequales valuisse. nec difficile est ad iudicandum, num vera ea fideque digna habenda sint. certe enim res publicas ab eo traditas re vera ita gestas esse sine haesitatione credere licet, nam cum eas solum aspiceret aut certe non dirigeret, non habuit, quod res consulto commutaret. et saepe quae narravit aliunde confirmantur. de hominibus autem quae iudicavit non plane vera haberi debent. quia enim praecepto illo sine ira ac studio scribendi neglecto et odio et amore maximeque illo adductus eorum quibus usus est mores depinxit, rebus iudicatis interdum eius sententiam corrigamus oportet. de Arsenio autem, ut exemplum afferamus, etiam alii scriptores velut Acropolites idem quod Blemmydes iudicaverunt, nec veri simile est huius opus illi notum fuisse. porro quod narrationem compluribus locis exornavit nec mirandum nec reprehendendum videtur; quisnam scriptorum et illorum et veterum temporum aliter fecit? certe quidem Blemmydes, cum patriarchae dignitatem a se reiceret, aliter cum imperatore locutus est ac nobis narravit (p. 44); eadem vero eum tum cogitavisse, quae tanta elatione atque altitudine orationis postea scripsit, quis est qui dubitaverit?

Priore libro narrationis de vita sua peracto Blem-

mydes anno 1265.<sup>1)</sup> alterum addere coepit, cum nonnulla antea non consulto omissa absolutionis causa adicienda essent. itaque monachorum suorum magis quam in libro priore fecerat rationem habendi occasionem nactus ut eos logica doceret disputationem illam, quam cum Demetrio Caryce habuerat, tam accurate narravit, ut caput quoddam libri, quem de logicis scripsit, legere videamur, et colloquia cum Latinis verbosius perscrispit, ut discipulos et fratres suos quaestionibus dogmaticis instrueret.

Nonnulla nunc de Blemmydae genere dicendi afferre maximo quidem mihi gaudio esset. quod autem, ut fructus tanto labore dignus percipiatur, omnia quaecunque noster scripsit respicienda sunt, hanc operam in tempus posterum differendam putavi. hoc unum addere mihi liceat lectoris memoriam saepius in Homeri carmina revocari, e quibus non solum singulae voces, sed integri versus velut

*τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν ἢ δὲ οὐ τελέσθαι ἔμελλεν*  
translati sunt. (p. 46, 3).

Maior pars narrationis Blemmydae usque adhuc ignota fuit, nam tantum ea, quae auctor de conciliis cum Latinis habitis nobis tradidit (ed. nostr. 63, 6—70, 19 et 74, 19—80, 20), primus A. Demetracopulus codice Monacensi exhibito edidit in *'Εκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη τόμ. α'*. *ἐν Λειψίᾳ* 1866 p. 380—395.

<sup>1)</sup> cod. Monac. 225 fol. 237v.

## III.

DE TESTAMENTO.<sup>1)</sup>

Curriculum vitae suae Blemmydes quasi testamentum monachis suis reliquit, ut exemplum haberent, quo vitas ac mores regere possent. praeterea id quoque viros illos sanatos qui monasteria condiderant imitatus est, quod regulas certas et leges composuit, secundum quas victus cotidianus monachorum suorum dirigeretur. omnes fere quidem monachi Byzantini S. Basilii regulam sequebantur, ita tamen ut singulis, qui coenobia exstruebant, commissum esset, utrum maiore an minore diligentia et austernitate eam a monachis suis observari vellent. in monasterio igitur Blemmydae legibus Basilii summa severitate obtemperatum esse neque quisquam miretur, qui mores eius cognoverit, et reliquiis testamenti satis indicatur. neque enim totum id reliquum est, sed quattuor capita nobis servata sunt, quorum tria infra (p. 93—99) edidimus; quartum, quia a ceteris, quae interciderunt, disiunctum minoris momenti est, typis exprimere nos debere non putavimus. maior pars testamenti periiit, nam cum brevi post Blemmydae mortem monachi alteri regulae oboedire coacti essent, pristinam illam memoriae prodere nullius interfuit. capita quartum, nonum, undecimum, tertium decimum nescio quo casu ab oblivione vindicata sunt. asservantur ea hodie

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (v. p. XXVII)
2. „ Matrit. „ 59 „ XIV/XV

in editione nostra facienda solo codice Monacensi usi sumus.

Cetera capita quid continuerint ignoramus, his quatuor auctor et de aliis rebus egit et de ratione, qua pueri ad vitam monasticam allicerentur recteque educarentur. maxime autem ad Blemmydae animum illustrandum caput

<sup>1)</sup> cf. Waldemar Nissen, Die Diataxis des Michael Attaleiates von 1077. Jena 1894.

tertium decimum idoneum est. nam etiamsi et ipse carmina composuit, quae diebus festis ecclesiae a sacerdotibus cantari poterant, et eodem loco (p. 98) concessit nonnihil musicam in ecclesia valere ad animos hominum movendos et ad caelestia tollendos, tamen solam severitatem monachos decere arbitratus suos canere vetuit. (cf. p. XCV sq.) nec mirum: gaudia enim humana animae perniciem afferre putabat, atque illud *τί γὰρ οἴνον πλέον καρδίαν εὑφραίνειν ἀνθρώπου δύναται;* (p. 97) certe potius libri sacri memoria quam sua ipsius natura adductus scripsit.

## IV.

## DE EPISTULIS.

Quamquam epistulae Byzantinorum non potius documenta ad vitam eius qui scripsit illustrandam quam genus quoddam litterarum existimanda sunt, tamen nunc de epistulis Nicephori Blemmydae dicendum esse nobis videatur, quia, etiamsi res privatae plerumque per cubicularium qui vocatur nuntiari solebant, interdum aliquid de eo ipso, qui epistulam misit, additum est. permagnus autem numerus epistularum nobis traditus est, quarum pars a Blemmyda ipso ad alios homines, pars ab aliis ad eum missae sunt. ac primum has breviter tractabimus.

Codice Laur. Graec. plut. LXXXVII 16 saec. XIII (?) foll. 64<sup>r</sup>—65<sup>r</sup> asservatur ἐπιστολὴ τοῦ λογιωτάτου κυροῦ (Bandini κυρίου) Σάβα πρὸς τὸν σοφώτατον Βλεμμίδην. inc.: *Nῦν ἔγνων, ὃ θεσπεσίη καὶ ἐρασμιωτάτη πτλ.* is Sabas qui fuerit ignoramus, quod epistulam non legimus. fortasse idem fuit, quem Acropolites imperatoris Theodori I adversarium fuisse narravit (ed. Bonn. 14). multo autem maioris momenti epistulae Theodori II sunt, quas priusquam patri successisset ad diversos aequales scripsit. primum locum inter eas codice Laur. Graec. plut. LIX 35 saec. XIV asservatas una et quadraginta ad Nicephorum Blemmydam

datae obtinent, quae in folio 41<sup>r</sup> ita inscriptae sunt: Ἐπιστολαὶ τοῦ νιοῦ τοῦ μεγάλου βασιλέως κυρίου Ἰωάννου τοῦ Δούκα κυρίου Θεοδώρου τοῦ Ασκαριπρός τὸν ἐν φιλοσόφοις μέγαν διδάσκαλον καὶ ἀγιώτατον ἵερομόναχον κυρίου (Bandini κύριον) Νικηφόρου τὸν Βλεμμίδην πρὸ τῆς τοῦ μαρκίωνος Βελτόρδου δὲ Ὀεμβοὺργον πρεσβείας πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα κυρίου Ἰωάννην τὸν Δούκαν. hic μαρκίων Βελτόρδος δὲ Ὀεμβοὺργος etiam in titulis litterarum ad alios homines missarum nominatur, velut in foliis 124, 143 etc. (cf. Bandini, Catal. codd. Graec. bibl. Laur. II 555 sq.) certe idem est atque ille Bertholdus de Hohenburg, ‘marchio dilectus consanguineus et familiaris’ Frederici II, qui aliquandiu munere capitanei Cumaram functus est. nomen huius intimi amici imperatoris etiam in multis documentis illis temporibus scriptis reperitur (cf. Huillard-Bréholles, Historia diplomatica Frederici II). qui quo anno legatus a Frederico ad Vatatzem missus sit, nescimus, sed conicere licet id tum factum esse, cum Vatatzes Annam, Frederici filiam, uxorem duceret, et marchesinam illam, de qua supra diximus (p. XXI sq.), necessitate quadam cum hoc marchione coniunctam fuisse. certe autem ante annum 1250. Nicaeam venit, nam Frederico mortuo imperatori Joanni nullus iam usus cum principibus occidentalibus restitit. itaque non casu accidisse videtur, quod in litteris publicis Frederici II inter annos 1242. et 1247. conceptis nomen illius viri nusquam legitur, cum et antea et postea saepissime inveniatur. præterea quod et post Theodori ad Blemmydam epistulas inde a folio 95 complures aliae ad Georgium Acropolitam ante marchionis adventum missae sequuntur, quas anno 1245. scriptas esse alio loco demonstrabimus, et omnes Theodori epistulae a Georgio Acropolita anno 1251. ordine temporum servato in publicum editae sunt, colligere possumus illum marchionem anno 1246. aut 1247. Nicaeam venisse et Theodorum litteras illas ad Blemmydam intra annos 1240.—1244. dedisse. plura de eis hic proferre eo minus necessarium putavi, quod Nicolaus Festa amicus

meus Florentinus, qui animo promptissimo exemplum mihi concessit, eas typis mandare sibi proposuit.

Magis autem nobis eae epistulae respicienda sunt, quas Blemmydes ipse ad alios misit. ac primum quidem ea commemoretur, quae in codice Barocc. 131 saec. XIV fol. 170<sup>v</sup> cum hoc titulo legitur: Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν κυρίου Μιχαὴλ τὸν δεσπότην. inc.: Τῇ δεσποτικῇ μου(?) συμπνοίᾳ πτλ. Blemmydae eam esse mihi quidem certum videtur, quod inter alia quaedam scripta auctoris nostri interposita est. veri simile autem puto hunc Michaelen dominum illum urbis Thessalonicensium fuisse, quem Blemmydes ab imperatoris iniuriis vehementissime defendit (p. 45). hanc epistulam quia videre non potuimus eo maiore gaudio affecti sumus, quod per Nicolaum Festam duodetriginta litteras cognovimus, quas Blemmydes ad Theodorum Il scripsit. asservantur hodie codice Vindob. Phil. Graec. 321 fol. 115<sup>r</sup> sq. et eodem ordine observato sed aliis scriptis intercalatis in tres partes distributae codice Barocc. 131 saec. XIV foll. 171<sup>r</sup>, 353—356, 357<sup>v</sup>—358<sup>v</sup>. nec vero ut Theodori ad Blemmydam epistulae, quas modo commemoравimus, antequam is rex fieret, sed id quod ex eis, quae litteris continentur, et hoc titulo codice Vindobonensi tradito: Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Θεόδωρον τὸν Ασκαρίν τοῦ σοφωτάτου Βλεμμίδοντος satis apparet, post initium regni scriptae sunt. quamquam igitur Blemmydes, cum patriarchae dignitatem non acciperet, imperatoris animum vehementissime offenderat, necessitudines eorum disruptae non sunt. sed Theodori salutem Blemmydam summa cura tuitum eiusque laetitia aequa ac sua ipsius laetatum esse epistulae saepissime testantur. etiam de libris suis, quos illo tempore scripsit, Blemmydes saepius imperatorem certiorem facit. in nona enim et tertia decima epistula, ut exemplum afferam, libellum quem βασιλικὸν ἀνδριάντα appellavit (cf. p. LXIV), et in undetriginta encomium illud in S. Joannem evangelistam commemorat (cf. p. LVI).<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> maiorem partem huius epistulae scriptorum Byzantini \*

Inter has autem epistulas ad Theodorum datas errore librarii una inserta est et alio tempore et ad alium hominem scripta. vicesima enim prima, quae et in codice Laur. conv. soppr. 627 saec. XIV legitur, a Blemmyda ad Manuelem patriarcham missa est, qui ab Joanne imperatore iussus eum rogaverat, ut scholae publicae Nicaeae conditae praeesse vellet. hac igitur epistula Blemmydes tranquillitatis cupidus atque Romani et Crateri iniuriarum memor honorem oblatum recusavit (cf. p. XX). præterea in codice illo Vindobonensi inter epistulam septimam decimam et duodecimam carmen iambicum a nobis infra editum (p. 110) interpositum est, quo Blemmydes Joanni tum nato Theodori filio gratulatur (cf. p. CVII).

## V.

## DE LIBRIS ΠΕΡΙ ΕΚΠΟΡΕΤΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΗΝΕΤΜΑΤΟΣ.

De nulla re Graeci e Photii temporibus usque ad hos dies tam multa vel potius tam saepe scripserunt quam de processione spiritus sancti. haec enim paulatim summa illius controversiae facta est, qua gravissimae illae inimicitiae inter Graecos et Latinos evaserunt, multo veherentiores et ad tollendum difficiliores quam quae inter Romani pontificis et Lutheri sectatores intercedunt, quia ecclesia Graeca, iam diu inanibus formis obstupefacta, solo Latinorum odio vires deficientes reficere et fulcire conatur. quanta autem sit copia librorum de hac rescriptorum perspicere poteris, cum considerabis in Demetracopoli libro, qui Ὁρθόδοξος Ἑλλὰς inscriptus est<sup>1)</sup>, dorum consuetudine nuper saepius cognita postea in narratione ne vita sua iteravit (ed. nostr. 84, 27 ποιητὴν μὲν πάντων — 87, 4 κνοῖας νῖον).

<sup>1)</sup> Ὁρθόδοξος Ἑλλὰς, ὑπὸ Ἀνδρ. Κ. Δημητρακοπούλου. ἐν Λειψίᾳ 1872.

## DE LIBRIS ΠΕΡΙ ΕΚΠΟΡΕΤΣ. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΗΝΕΤΜ. XXXVII

plus ducentis scriptoribus nominatos esse, qui singulis vel compluribus libris Latinorum dogma refutare tentaverunt. hoc accedit permagnus numerus eorum, quos Demetracopulus silentio praeterit, quia plus minusve prope ad Latinorum dogma accesserunt. neque enim tacendum est fuisse quoddam tempus, cum ardore disputandi mitigato exsisterent, qui vel de multis quaestionibus cum Latinis consentirent et quae dubia essent nihil valere existimarent, vel etiam ut unionem ecclesiarum perficerent operam darent et omnino in Latinorum partes transirent. maxime autem Graeci schisma componere studuerunt, quotiescumque rebus publicis adducebantur, ut auxilium papae peterent. quamobrem de unione pacisenda diligentissime saeculo tertio decimo cum Romanis egerunt, cum Constantinopolis recuperanda et deinde imperio restituto a Carolo rege Neapolitano defendenda esset, atque idem saeculo quinto decimo fecerunt, cum auxilio regum occidentalium Turcarum impetu se liberari posse sperarent. itaque in concilio Lugdunensi anno 1274. habito et in illo Florentino bis unio litteris constituta est, re vera nunquam exstitit. Constantinopoli denique anno 1453. expugnata Graeci omni spe amissa unquam Turcos expulsum iri denuo, quantum inter ipsorum et Latinorum dogma interesset, in dies acrius praedicaverunt.

His quattuor ab urbe capta saeculis unionem de quaestionibus dubiis Latini raro, Graeci nunquam perficere conati sunt. hi autem, dum paribus semper argumentis allatis in sententia sua pertinaciter perseverant, simul disserere cooperunt, quantum maiores cum Latinis consensissent. quare praeclarissimus quisque eorum maxime in controversia fuit et utrique infestissimis animis ac veritate saepius consulto neglecta eum a se stetisse demonstrare tentaverunt. etiam de Nicephoro Blemmyda ita factum est. quamobrem cum neque Graecorum neque Latinorum de rebus dogmaticis sententias sequamur, quid Blemmydes de processione spiritus sancti crediderit eius scriptis ducibus sine ira ac studio explorare conabimur. quod eo facilius

facere posse nobis videmur, quia cum Georgio Acropolita consentimus theologicas aequalium suorum controversias his verbis questo: Ἀφέίτες τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου τηρεῖν δι' ὧν σωθῆσόμεθα, . . . ἀφέντες περὶ φύσεως καὶ σωμάτων φιλοσοφεῖν καὶ γνωμολογεῖν περὶ θεοῦ. . . . Θεολογεῖν προειλόμεθα.<sup>1)</sup>

Sed priusquam in librorum ipsorum studium insistamus, pauca de controversia dicenda videntur, quae de Blemmydae sententiis theologicis Leonis Allatii aetate exorta est. qui ardore desertoris ecclesiam Graecam persecutus egregios eius homines, quos permultum valuisse negare non poterat, Latinorum dogmatis favisse sagacitate magna probare studuit. atque in libro, quem perpetuam consensionem ecclesiarum inscripsit<sup>2)</sup>, copiose disseruit, quid Blemmydes de processione spiritus sancti sensisset, et variis argumentis ostendere voluit eum Latinorum assetatorem et re vera fuisse et ab aequalibus habitum esse. quid? quod eius libros, qui nullo modo cum Latinorum dogmate consentiunt, non a nostro sed ab altero quodam Blemmyda statuit scriptos aut ab anonymo quodam confectos nostri nomine subditos esse. Allatii deinde auctoritate commoti plerique eorum, qui inter Latinos de schismate ecclesiarum scripserunt velut Petavius<sup>3)</sup>, du Cangius<sup>4)</sup>, B. de Rubeis<sup>5)</sup>, Maimbourg<sup>6)</sup> alii Blemmydam a Graecis defecisse iudicaverunt. Caveus<sup>7)</sup> autem Anglus causam incertam reliquit et Georgius Walch<sup>8)</sup>,

<sup>1)</sup> Georg. Acropol. in oratione contra Latinos habita ed. A. Demetracopulus, *'Εκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη* I. ἐν Λειψίᾳ 1866. p. 397. <sup>2)</sup> Leo Allatius, De ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione libri tres. Colon. Agripp. 1648. p. 712 sq. eadem pluribus aliis locis iudicavit. <sup>3)</sup> Petavius, Theol. Dogm. de trinitate, 1644. lib. VI. cap. 1 § 5. <sup>4)</sup> in notis ad Niceph. Gregor. ed. Bonn. 1159. 1176. <sup>5)</sup> Dissertatio de Gregorii Cypri vita ed. Migne, Patr. Gr. 142 p. 36 et 59. <sup>6)</sup> Louis Maimbourg, Histoire du schisme des Grecs 1682. II 41. <sup>7)</sup> Guil. Caveus, Scriptt. eccl. hist. liter. Basil. 1741. II 303 sq. <sup>8)</sup> J. G. Walch, bibl. theol. selecta. Jenae 1757. I 633.

qui ecclesiam Romanam deseruerat, ut legem Lutheranam sequeretur, Blemmydam semper in patrum fide perseverasse scripsit. idem Casimirus Oudinus<sup>1)</sup> iudicaverat. sed interea inter Graecos ipsos complures adversarii Allatii existiterant, inter quos primi Dositheus<sup>2)</sup>, patriarcha Hierosolymitanus, et Meletius<sup>3)</sup>, episcopus Atheniensis, fuerunt. vehementissime autem Eugenius Bulgaris<sup>4)</sup>, acerrimus ille defensor ecclesiae Graecae. saeculo XVIII contra Allatum pugnavit. ampliore enim opere quid Blemmydes de unione ecclesiae cogitavisset disseruit et libros eius diligentissime pertractare primus recte conatus est. itaque facile repperit eum nunquam Latinorum dogmata defendisse. sed nimio studio impulsus extra terminos veritatis egressus est, quandoquidem nemo Graecorum de rebus dogmaticis sine ira ac studio iudicare posse videtur. praeterea rerum Blemmydae aetate gestarum parum peritus eum synodis cum Latinis factis interfuisse ignoravit (cf. p. XV et XXII). tamen dolendum est, quod Bulgaris dissertation in occidente adeo non pervulgata est, ut Hugonem Laemmer, qui ultimus de Blemmyda scripsit eiusque de hac quaestione scripta edidit, plane effugere potuerit. quamobrem hic vir doctus Bulgare neglecto Allatii sententiam secutus est<sup>5)</sup>, cum A. Demetracopulus quidquam Blemmydam cum Latinis consensisse summa vi negaverit.<sup>6)</sup>

Itaque quaestione nondum soluta nos demonstremus necesse est, quomodo illis temporibus Graeci et Latini schisma componere conati sint, ut recte perspiciatur, quan-

<sup>1)</sup> Cas. Oudini Commentarius de scriptt. ecclesiae antiquis. Lipsiae 1722. p. 1221. <sup>2)</sup> Dositheus, τόμος ἀγάπης, Jassiae 1694. cf. Eugenius Bulgaris l. infra c. p. 331. <sup>3)</sup> cf. Eugenius Bulgaris ibid. <sup>4)</sup> Eugenius Bulgaris, *'Ανάκροιτις περὶ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδον.* ἐν Λειψίᾳ 1784. p. 307—405. <sup>5)</sup> Hugo Laemmer, scriptt. Graeciae orthodoxae bibliotheca selecta I Frib. Brisg. 1864. p. 96 sq. cf. Haneberg, Theol. Litbl. I 773—775. <sup>6)</sup> Andr. Demetracopulus, *'Εκκλησιαστικὴ Βιβλιοθήκη τόμ. α'*. ἐν Λειψίᾳ 1866 p. 11 ε'sq. Idem, *'Ιστορία τοῦ σχίσματος*, ἐν Λειψίᾳ 1867 p. 50 sq. Idem, *'Ορθόδοξος Ἑλλάς*, ἐν Λειψίᾳ 1872 p. 46 sq.

tum Blemmydes interfuerit et quid ipse de dogmatis illis iudicaverit.

Theodoro I Lascare regnante Byzantini magnam partem imperii pristini recuperaverunt, nam tota fere Asia septentrionali sub eorum dicionem redacta Latini tantum in Europa et in insulis dominationem retinuerunt. sed ibi quoque et Graeci et Bulgari per legatos Nicaenos initati multum eis nocuerunt. quae cum ita essent reges occidentales, ut auxilium sibi contra Byzantinos ferrent, implorare coeperunt. tum anno 1222. Theodoro mortuo Joannes Vatatzes Nicaeae rerum potitus est. qui qua erat peritia militari non dubitavit, quin Latinos solos, qui reginam urbium obtinerent, vincere posset, caute tamen veritus est, ne occidentis viribus par non foret. quamobrem remedio usus, quod postea iterum atque iterum adhibitum est, pontifici Romano se unionem ecclesiae perfecturum esse pollicitus est, spe commotus illum hac conditione exercitus Italicos domi retenturum esse. quae spes eum non fefellit. nam papae iussu anno 1234.<sup>1)</sup>, ut supra (p. XVI) narravimus, Hugo et Petrus ordinis S. Dominici et Haimo et Radulfus ordinis S. Francisci Nicaeam venerunt ibique de quibusdam quaestionibus dogmaticis cum Graecis collocuti sunt. deinde domum reversi omnem disputationem accurate papae renuntiaverunt. quorum relatio quamquam iam diu nota fuit<sup>2)</sup> et ab omnibus, qui res illis temporibus gestas narraverunt, imprimis adhibita est, tamen usque adhuc ignotum fuit Nicephorus Blemmydam illis disputationibus non solum interfuisse, verum etiam prae ceteris inter Graecos tum praestitisse. nam etiam Eugenius Bulgaris 'οὐ γὰρ' inquit<sup>3)</sup> 'ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ Νυμφαῖον συγκροτηθείσης καὶ' ἐκεῖνο (ἔτ. 1233)<sup>4)</sup> συνόδου μικρὸς ὅλως ἡ μέγας περὶ Βλεμμίδον γίνεται λόγος, παρ' ὅσοις δήποτε περὶ τῶν ἐκεῖ πεπορεγμένων τε καὶ λεγε-

<sup>1)</sup> C. J. von Hefele, Conciliengeschichte, 2. Aufl. V (1886) 1042 sq. <sup>2)</sup> J. Mansi, Sacror. conciliorum nova et amplissima collectio t. XXVII (Venet. 1779) 277 sq. <sup>3)</sup> l. c. 322. <sup>4)</sup> re vera synodus anno 1234. Nicaeam congregata est. cf. Hefele l. c.

μένων μνεία ἐγένετο'. ipsis autem disceptationibus inter illa colloquia habitis non dubie docemur Blemmydam certe tum et Latinorum dogmati, non dicimus unioni ecclesiarum, vehementissime adversatum esse nec quicquam a fide patrum Graecorum discessisse. ceterum in illo concilio eum principem Graecorum fuisse atque ita de quaestonibus divinis cogitavisse testimonio optimo autobiographia<sup>1)</sup> nobis est, quam perlegere omnium, qui in studio historiae ecclesiasticae versantur, eo pluris interest, quod solis e fontibus Latinis haurire adhuc coacti nunc demum illud 'audiatur et altera pars' observare possunt.

Certe quod triginta fere annis postquam concilium illud congregratum erat Blemmydes curriculum vitae sua composuit, dubium videri potest, num postea eadem senserit et scripserit atque antea. sed si ea, quae noster narravit, cum eis comparamus, quae legati papae renuntiaverunt, satis intellegimus eum nihil aliud scripsisse nisi quae re vera tum disseruerat, nam nonnullis locis utraque relatio paene verbo tenus consentit. Blemmydes enim, ut exemplum afferam, primum Demetrium Carycem, qui titulo ὑπάτον τῶν φιλοσόφων ornatus erat, cum Latinis colloquentem et eos huic respondentes facit<sup>2)</sup>: ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ὁ ἀπόστολος πνεῦμα καλεῖ τοῦ νιοῦ, καὶ πρότερον ὁ κύριος πνεῦμα κατωνόμασε τὴς ἀληθείας αὐτό, φάμενος εἶναι τὴν ἀλήθειαν ἔαυτόν. εἰ οὖν πνεῦμα τοῦ νιοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, πάντως ἐξ νιοῦ. legati autem papae haec narrant<sup>3)</sup>: 'Unde congregatis partibus utrisque surrexit quidam magnus philosophus etc.', cui unum e Latinis ita adversatum esse: 'cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem' et adiecisse 'cum dixit spiritus veritatis, dixit quod spiritus sanctus a veritate procedit, et hoc volumus probare'.<sup>4)</sup> neque illud inter Blemmydam et legatos papae discrepat

<sup>1)</sup> infra 63 sqq. <sup>2)</sup> infra 63, 18 sqq. <sup>3)</sup> Mansi l. c. 282 D. <sup>4)</sup> ibid. 284 C.

Carycem his argumentis perturbatum a colloquio destitisse. 'Introduxerunt' pergunt deinde legati<sup>1)</sup> 'ibi quendam philosophum causa respondendi, ut nostras impeditet hoc modo'. hic quidam philosophus certe nemo alius est nisi Blemmydes noster, qui de ordine quaestionum, quae disputatione procedente tractatae sunt, eadem quae legati nobis tradidit. id quidem mirum non est, quod utrique superiores evasisse sibi videntur. postremo colloquio peracto Graeci scriptum dederunt, quid de processione spiritus sancti et de azymis crederent. hoc scriptum a Blemmyda compositum<sup>2)</sup> et Latine versum in renuntiatione legatorum papae nobis traditum est.<sup>3)</sup> quare quod ea, quae Latini referunt, cum eis consentiunt, quae Blemmydes in narratione vitae suae tradidit, pro certo habere debemus eum in hac parte curriculi scribenda illo scripto usum esse, quod triginta annis ante patriarchae et patrum Graecorum iussu composuerat.

Habemus igitur certum testimonium ad iudicandum, quid de processione spiritus sancti Blemmydes senserit: Latinis, qui spiritum sanctum ex patre filioque procedere dicebant, vehementissime adversatus est. spiritum enim putat solo ex patre procedere, apparere vel praeberi per filium. 'Ο πατήρ, ait<sup>4)</sup>). ἐξ οὗ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται, καὶ ὁ νίος, δι' οὐ ἐκφαίνεται καὶ παρέχεται, et alio loco<sup>5)</sup>) οὐκ ἀπό λόγου τὸ καλεῖσθαι πνεῦμα τοῦ νίου τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, ὡς τῇ πτίσει διὰ τοῦ νίου χορηγούμενον. διὰ τοῦ νίου δέ φαμεν καὶ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος, ἐπὶ τὴν πρώτην μεμαθηκότες ἀναφέρειν αἰτίαν πάντα τὰ τοῦ μονογενοῦς. perlucida eademque aptissima comparatione, quam quidem nescio num ipse invenerit, alio loco utitur<sup>6)</sup>): οὐκ ἐξ ὕδατος δὲ πέπτηται τὸ πνεῦμα τὴν ὑπαρξιν, ἀλλ' ἐξ πηγῆς ὃν ἐν ὕδατι φυσικῶς ἀναθυμιάμενον φανεροῦται καὶ δίδωσι πίστωσιν τοῖς ὅρῶσιν, ὅτι περ ἐν ὕδατι καὶ πρὸ τῆς ἀναθυμιάσεως ἦν οὐσιωδῶς ἀπὸ τῆς πηγῆς. ὅθεν δὴ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτό.

<sup>1)</sup> ibid. 284 D. <sup>2)</sup> infra 64, 25. <sup>3)</sup> Mansi l. c. 285.  
<sup>4)</sup> infra 67, 6. <sup>5)</sup> infra 65, 27. <sup>6)</sup> infra 70, 14.

hanc sententiam minime cum Latinis consentire nemo negaverit. in primis igitur Blemmydae tribuendum est, quod illud concilium in irritum cecidit. hoc unum tamen iam nuuc dicendum videtur Blemmydam saepissime δι' νίον χορηγούμενον vel παρεχόμενον vel πεφηνός vel similia, nunquam δι' νίον ἐκπορευόμενον docuisse. hoc enim ante oculos habeas necesse est, ut quae postea Blemmydes crediderit recte iudicare possis.

Postquam legati papae re infecta Asiam reliquerunt, nihilominus per litteras publicas utriusque controversiam continuaverunt. Blemmydes quoque tum contra Latinos scripsisse videtur, nam in libello ad archiepiscopum Bulgariae misso, de quo statim infra dicendum erit, se breviante tres epistulas de processione spiritus sancti in publicum edidisse commemorat.<sup>1)</sup> imperator autem interea Latinos gravibus et gravibus cladibus affecerat tantumque in re militari profecerat, ut quin postremo Latini Constantinopoli pellerentur dubium non iam esset. quamobrem potius Innocentio IV quam Vatatzē auctore iterum anno 1250. Nymphaeum concilium Latinorum et Graecorum convocatum est. etiam tum Blemmydes dogma Latinum perspicuis verbis improbabavit. ait enim<sup>2)</sup>), ut exemplum afferam: ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐκ τοῦ ἔμοι λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν μαρτύριον ἀν εἴη τοῦτο τὸ πνεῦμα καὶ παρὰ τοῦ νίου τὴν ἐκπόρευσιν ἔχειν, ὡς τινες προανέστησαν, et alio loco<sup>3)</sup>): ὥστε μᾶλλον τὸ διειλημμένον δητὸν ἐναργῶς πιστοῦται τὴν τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσιν τελείαν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἀνειδεῖ. quae autem ratio inter filium et spiritum intercederet his verbis exposuit<sup>4)</sup>: ἐπεὶ γοῦν ὁ νίος δοτὴρ κατ' οὐσίαν τοῦ πνεύματος, καὶ πέμπει καὶ διδωσιν αὐτὸν καὶ ἀποστέλλει καὶ παρέχει καὶ χορηγεῖ. videamus igitur eum neque δι' νίον ἐκπορευόμενον dixisse neque omnino vocem ἐκπορεύεσθαι admisisse, quamquam

<sup>1)</sup> De processione spiritus sancti ed. Hugo Laemmer 110. Migne l. c. 536 A. <sup>2)</sup> infra 79, 8. <sup>3)</sup> infra 80, 4. <sup>4)</sup> infra 80, 12.

certe magnum interesset inter illud δι' νιοῦ ἐκπορευόμενον et ἐξ τοῦ νιοῦ ἐκπορευόμενον, quod solum verum esse Latini arbitrabantur. nec mirum est, quod etiam tum colloquia vana fuere.

Hae partes autobiographiae, quibus Blemmydes de disputationibus illis narravit, postea separatim exscriptae sunt (cf. p. XXVIII). quarum alteram, quae singularis liber et nescio qua de causa ad Chrysolanum quendam scripta fuisse putabatur, cum legisset Allatius ipse eam nullo modo cum dogmate Latino consentire concessit. ait enim<sup>1)</sup>: 'et sane scriptum Blemmidae quod incipit ταῦτα οἱ τῆς Ρώμης ἐπάγονσιν, ὁ πατὴρ ἐνεργεῖ διὰ τοῦ νιοῦ non tantum contra Chrysolanum, quem nullo modo nominat, sed contra opinionem Latinorum est'. hic autem liber Blemmydae illa pars autobiographiae est, quae narrationem de concilio anno 1250. habito continet, et verba ab Allatio laudata in editionis nostrae pagina 75, 7 leguntur.<sup>2)</sup> tertium quoque librum a Blemmyda in Latinos scriptum Allatius commemoravit, cuius initium hoc esse dixit: εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος ζητήματος προύκειτο συνεξετάσαι missum eum esse ad imperatorem Joannem. ignoro equidem hunc libellum neque in ullo scriptorum Blemmydae haec verba reperire potui. attamen nisi forte hic liber idem est atque narratio de priore cum Latinis disputatione et verba illa a scriba quodam, ne prooemium desideraretur, addita sunt, veri haud ita dissimile mihi videtur hoc scriptum genuinum et re vera a Blemmyda compositum esse. nam in libro ad Theodorum II misso, de quo infra plura afferemus, ζητεῖς, inquit<sup>3)</sup>, μαρτυρίας ὡν ἀρτίως εἰδήκαμεν; πλείστας ἔναγκός σοι προπεκομίκαμεν, τόμον ὅλον ἐγκεχειρησότες τοιούτων μεστόν· ὅμως ἀν(?) ἐξ ἐκείνων κάνταῦθα βραχείας τινὰς παραθήσομεν. Blemmydam his verbis libellum, quem ad

<sup>1)</sup> de perp. consens. 722. <sup>2)</sup> codicem igitur Laurentianum VI 12 (L) (cf. p. XXVIII) vel eius archetypum vel alterum inde transcriptum Allatius legisse videtur. cf. p. 70, annot.  
<sup>3)</sup> Laemmer l. c. 165. Migne l. c. 569 D.

Jacobum Bulgariae archiepiscopum misit, non significasse eo appareat, quod multa argumenta in libello ad Theodorum allata in illo desiderantur. quidquid id est, hunc quoque tertium librum contra Latinos esse ne Allatius quidem negavit, qui opinionis suaē praeiudicatae defendendae causa eum aut ab altero quodam Blemmyda compositum aut nostro ab anonymo quodam suppositum esse inconsulte opinatus est.

E verbis autem Blemmydae modo a nobis allatis satis perspicuum est dubitari non posse, quin ea, quae libro ad imperatorem Joannem dato continentur, plane congruant cum libellis ad Theodorum et ad Jacobum missis, quibus de eadem re eadem docentur. quo magis mirandum est, quod Allatius ut illo ad Joannem scripto Latinorum dogma reici concessit ita e libris Theodoro et Jacobo dedicatis sententiam traxit Blemmydam dogma Latinum defendisse. quin etiam alterum ita inscripsit: Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου λόγος πρῶτος ἀποδεικνύων διὰ χοήσεων γραφικῶν δι' νιοῦ καὶ ἐξ νιοῦ Θεολογεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον. qui titulus quamquam re vera in non-nullis codicibus manuscriptis velut in cod. Laur. Graec. plut. VIII 26 (cf. p. XLIX) legitur, tamen iure mireris, quod Allatius hanc inscriptionem falsam et postea additam esse aut non viderit aut consulto silentio praeterierit.

Quae cum ita sint libros ipsos pertractemus necesse est. ac primum quidem de priore ad Jacobum Bulgariae archiepiscopum scripto dicemus. qui cum Blemmydae epistulam acciperet, in Atho monte iam diu ab officii negotiis remotus tranquillam vitam monachicam degit.<sup>1)</sup> eo autem tempore hunc librum confectum esse, quo iterum de unione ecclesiae agere utrique cooperant, ex his verbis Blemmydae conicere possumus<sup>2)</sup>: νῦν δὲ καιροῦ καλοῦντος ὑμᾶς ἐπὶ τὸ πολλοὺς λαοὺς εἰς τὴν κατὰ Χοιστὸν ὅμονοιαν ἐφελ-

<sup>1)</sup> Joh. Veccus, De iniusta sui depositione orat. II ed. Leo Allatius, Graecia orthodoxa II 43. <sup>2)</sup> Laemmer l. c. 150 Migne l. c. 560 B.

κύσασθαι διαρροώσετε ύμεῖς οἱ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ἐντελῶς τοῖς τῶν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀγιότητι περιόπτων καὶ περιπόστων πατέρων ἐπόμενοι δόγμασιν, οἵς ἀρχῆθεν καὶ ἔως ήμῶν τὸ πάντη ἀνεπίληπτον συντετήρηται. itaque neque ante annum 1250. hunc librum scriptum esse colligimus, quod Blemmydes hic aliam sententiam protulit atque in concilio illo anno convocato enuntiaverat, neque post annum 1254., quod Theodoro II regno potito nemo Graecorum unionem agitare ausus est.

Demonstravimus supra Blemmydam nunquam antea spiritum sanctum per filium ἐκπορεύεσθαι, sed semper χορηγεῖσθαι. παρέχεσθαι, similia dixisse. postremis autem annis priusquam Theodorus II regnare coepisset, duae partes inter Graecos ipsos exstitisse videntur, quarum altera illud ἐν πατρὸς δι' νιοῦ ἐκπορευόμενον rectum putabat, altera, ut infesta vox plane tolleretur, spiritum sanctum ἐν πατρῷς ἐκπορεύεσθαι. δι' νιοῦ χορηγεῖσθαι, non ἐκπορεύεσθαι docebat. atque hoc Theodorus ipse credidit, nam in libello parvo, quem post annum 1254. ad episcopum quendam Cotroneae misit, meris verbis sententiam suam ita expressit<sup>1)</sup>: ἐν τοῦ νιοῦ δὲ οὐκ ἐκπορεύεσθαι μέν φαμεν, διὰ τοῦ νιοῦ δέ φαμεν χορηγεῖσθαι. hoc unum quidem etiam tum utrique Graecorum consenserunt, Latinorum dogma ἐν πατρῷς καὶ ἐξ νιοῦ ἐκπορευόμενον plane reiciendum esse. Blemmydes autem scriptis patrum ecclesiasticorum diligentissime pertractatis illud ἐν πατρῷς δι' νιοῦ ἐκπορευόμενον his ad Jacobum et ad Theodorum libris fortiter defendit. tamen eius sententiam pauci Graecorum secuti sunt, nec scio an solus omnium in ea permanserit. nam, id quod in exordio epistolae ad Jacobum scripsit, cum multitudine hominum indoctorum, quid te hac re sentiret, communicare graviter dubitavit, ὡς ἐντεῦθεν ἐπισφαλῆ πρὸς τὸν λόγον ὑπόνοιαν ὑφορώμενος.<sup>2)</sup> solo Jacobo iudice ut viro

<sup>1)</sup> Theod. Duc. Lascar. Junior, De process. spir. sancti, ed. H. B. Swete, Londini 1875, p. 2. <sup>2)</sup> Laemmer l. c. 109. Migne l. c. 533 A.

rerum divinarum perito hoc libro disserere sibi proposuit, εἰ δι' νιοῦ τὸ ἄγιον ἐκπορεύεται πνεῦμα παρὰ πατρὸς η̄ μὴν ἐν πατρῷς προσεχῶς ἀλλ' οὐ δι' νιοῦ.<sup>1)</sup> atque illud plurimos patres ecclesiae, hoc ne unum quidem credidisse. quicunque autem post schisma exortum contra Latinos scripsissent solum illud καὶ ἐκ τοῦ νιοῦ εἶναι οὐσιωδῶς, non illud δι' νιοῦ improbabuisse. nihil tamen Blemmydam Latinis concedere voluisse his eius verbis perspicuum est<sup>2)</sup>: illud ἐν πατρῷς δι' νιοῦ προερχόμενον πνεῦμα. quod S. Cyrillus quondam dixisset, Latinos suaे sententiae respondere mentitos esse, nam in ipsa collectione publica librorum sacrorum — quam ἱερὰν διπλοθήκην vocat — expressis verbis dictum esse illud δι' νιοῦ non idem esse quod ἐξ νιοῦ, quia si ita esset copula et desideraretur. solam ob eam causam illud δι' νιοῦ additum esse, ut ἐκ τοῦ πατρῷς declararetur.

Magis etiam perspicue Blemmydes idem exposuit libro ad Theodorum imperatorem misso, a quo quid de hoc dogmate cogitaret rogatus erat. summam enim his verbis dedit<sup>3)</sup>: τὸ δὲ τὴν τοῦ ἄγιου πνεύματος ἐκπόρευσιν δι' νιοῦ εἶναι παρὰ πατρῷς ὅμολογούμενον ἦν ἀνέκαθεν καὶ ἔως ήμῶν τοῖς εὐσεβέσι, καὶ πρεσβευόμενον καὶ οἷα δόγμα κοινὸν ἀνατεθειμένον τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. καὶ δὲ δ' οὐ πολὺς, ἐξ οὗ τινες ἐπαθόν τι γελοιότατον η̄ μᾶλλον εἰπεῖν ἀθλιώτατον. βουλόμενοι γὰρ ἐκ περιονίας ἀνελεῖν τὸ ἐκ τοῦ νιοῦ συνανεῖλον αὐτῷ καὶ τὸ δι' νιοῦ, καὶ τὰ διδάγματα τῶν τοσούτων ἀγίων. ὅπου μὲν ἦν τις λαβὴ δοκοῦσα, διέστρεψαν, ὅπου δ' οὐκ ἦν οὐδαμῶς, ὡς ἀσύμφωνα δῆθεν τοῖς λοιποῖς διεκρούσαντο. contra eos igitur Graecorum, non Latinorum Blemmydes pugnavit, qui illud δι' νιοῦ ἐκπορευόμενον reiciendum putaverant; suam ipsius sententiam ad finem libri iterum his verbis repetivit<sup>4)</sup>: δέδεικται λοιπόν, εἰ καὶ διὰ βραχέων

<sup>1)</sup> Laemmer l. c. 109 sq. Migne l. c. 533 B. <sup>2)</sup> Laemmer l. c. 112 sq. Migne l. c. 536 C sq. <sup>3)</sup> Laemmer l. c. 162. Migne l. c. 568 D. <sup>4)</sup> Laemmer l. c. 186. Migne l. c. 584 D.

ἀλλ' οὖν ἵκανῶς τῷ γε κρίνειν ἐπισταμένῳ τὸ ἀληθές, ὡς οὐκ ἄλλως πέφυκεν ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιου ἐκ πατρὸς εἰ μὴ δι' υἱοῦ, καθὼς ἐθεολόγησαν οἱ τοῦ πνεύματος.

Quare id maxime praedicandum est Blemmydam Latinorum dogma neque accepisse neque defendisse. immo vero neque pro Latinis neque contra eos hos duos libros scripsit sed contra eam partem Graecorum, qui nimio odio in Latinos inflammati fidei leges a patribus observatas omnibus eis additamentis purgari volebant, quae ne cum dogmate Romano consentire viderentur metuebant. sed ne id quidem, quod patrum libris diligentissime perlectis Blemmydes verum esse sibi persuaserat, unquam unionis ecclesiarum fundamentum fieri poterat, quod noster solum patrem, Latini patrem et filium fontem spiritus esse existimabant. attamen negari non potest vocem ἐκπορεύεσθαι tum etiam a Blemmyda concessam esse. neque ipse ignoravit se proprius ad Latinos accessisse quam ceteros Graecos, a quibus hac quoque ratione differt, quod unionem optandam esse et perfici posse putavit, dummodo Latini ipsorum opinione remissa suam accipere vellent. amoena enim imagine usus ἀλλὰ τί χρὴ inquit<sup>1)</sup> περὶ τῶν τοιούτων μακρογορεῖν; εἰ μὲν οὐδέπω σαφῶς οὐδεὶς τῶν ἀγίων ἐδίδαξε τὸ δι' υἱοῦ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσιν εἶναι παρὰ πατρός, οὐδέ τὴν ἡμεῖς ἀνάγκην ἔχομεν οὐδύσσειν φρέαρ καινόν. εἰ δὲ ἐκπαλαι τοῦτο τὸ φρέαρ ὠρώσυκτο, Φιλιστιαίου δὲ χείρ ἐνέφραξεν ἢ συνέχωσεν, οὐκ ἀνακαθαριεῖ τις αὐτό ποτε καὶ τὸν χοῦν ἐκφορήσας τὸν πολὺν τῆς ἀγνοίας ενρήσει τὸ ξῶν ὕδωρ, καὶ τῶν τῆς νομῆς προβάτων τὸ σύνταγμα διατυηθὲν οὐ καλῶς εἰς μίαν πάλιν ποίην διὰ τοῦ κοινοῦ ποιηένος ἐπισυνάψει τῷ μονογενεῖ καὶ ἀγαπητῷ, ἔστιν οὐ καὶ τὴν αὐτοῦ δὴ τοῦ καλοῦ ποιμένος ἐκμησάμενος συγκατάβασιν; sed spes ei praecisa est: neque Latini quidquam concederunt nec Blemmydes proprius ad eos accedere potuit quam fecerat.

<sup>1)</sup> Laemmer l. c. 136. Migne l. c. 549 C.

Veri simile est librum ad Jacobum Bulgariae archiepiscopum prius scriptum esse quam eum, quem ad imperatorem Theodorum misit, nam consilia de unione facienda, quae in illo commemorantur, Theodoro regnante a nullo Graecorum animo volutabantur. sed brevi ante tale quoddam gestum esse videtur, nam cum Joannes moreretur, legati papae Nicaeam profecturi erant, quo priusquam pervenissent iam in Macedonia a Georgio Acropolita Theodori iussu remissi sunt.<sup>1)</sup> ergo epistula ad Jacobum circiter anno 1253. composita est. praeterea vetustiorem hunc librum esse etiam codicibus confirmatur, nam in omnibus eis, quibus uterque continetur, hic priorem locum obtinet. cum hoc vel simili titulo: *Toῦ ἐν μονοτόποις ἀγιωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου κυροῦ Νικηφόρου πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας Ἰάκωβον* his codicibus asservatur:

- |                            |                         |        |
|----------------------------|-------------------------|--------|
| 1. cod. Vatic. Graec. 1115 |                         |        |
| 2. " "                     | 1455                    |        |
| 3. " Laur. "               | plut. VIII 26 saec. XIV |        |
| 4. " Scoriac. "            | Ω—IV—2. "               | XV     |
| 5. " Paris. "              | 1303                    | XIV/XV |

altera epistula ad imperatorem Theodorum missa, quae inscripta est: *Toῦ αὐτοῦ ἐν μονοτόποις ἀγιωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου κυροῦ Νικηφόρου πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος δεύτερος πρὸς τὸν εὐσεβῆ βασιλέα Κωνσταντινουπόλεως Θεόδωρον Δούκαν τὸν Λάσκαριν περὶ τινῶν συζητήσεων, legitur in*

- |                            |                         |        |
|----------------------------|-------------------------|--------|
| 1. cod. Vatic. Graec. 1115 |                         |        |
| 2. " "                     | 1455                    |        |
| 3. " Laur. "               | plut. VIII 26 saec. XIV |        |
| 4. " Scoriac. "            | Φ—III—15 "              | XV     |
| 5. " "                     | Ω—IV—2 "                | XV     |
| 6. " Paris. "              | 1303                    | XIV/XV |
| 7. " Monac. "              | 207                     | XV     |

<sup>1)</sup> Georg. Acrop. 149.

8. cod. Barocc. Graec. 71 saec. XV

9. " " 111 " XV

ceterum hos titulos non ab ipso auctore praefixos esse eo perspicimus, quod Theodorus imperator Constantinopolitanus appellatur. typis expressi hi libri primum a Leone Allatio editi sunt in Graecia Orthodoxa tom. I 1—60 Romae 1652. quae editio cum Allatii interpretatione Latina iterata est apud Migne, Patrol. Graec. tom. 142, 533—584. ab Allatio autem uno tantum codice Vaticano adhibito Hugo Laemmer et utroque Vaticano et Laurentiano illo usus libros typis expressit in Scriptorum Graeciae orthodoxae bibliotheca selecta, vol. I 96—186, Frib. Brisg. 1864, et ipse Latine vertit.

Ea quae ad Jacobum archiepiscopum scripserat Blemmydes solum a viris doctis (cf. p. XLVI), non ita a quo vis clerico vel a vulgo profano legi voluit. nec vero iudicium publicum veritus est neque rogi fumum tam caute vitare studuit quam Erasmus, sed clericorum animos, qui num satis perspicerent quid vellet iure dubitabat, perturbare noluit. ob eandem causam etiam in libro, quem ultimum de fide paucis annis priusquam moreretur testamenti loco monachorum suorum gratia composuit<sup>1)</sup>, omnes has quaestiones dogmaticas nullo verbo commemo ravit. haec tantum de processione spiritus sancti dixit<sup>2)</sup>: *ἴδιον τοῦ ἀγίου πνεύματος τὸ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἀεὶ ἐκπορεύεται καὶ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ἐν τῷ υἱῷ ἐστιν ἀεὶ.* ne illud δι' υἱοῦ χρηγούμενον quidem seu παρεχόμενον seu tale quoddam legitur, nedum δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον reperiatur: ad summam Blemmydes nunquam in hoc libro δι' υἱοῦ scripsit. *Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμύδου περὶ πίστεως* inscriptum hoc opusculum hodie asservatur

1. cod. Paris. Graec. 1121 saec. XIV

2. " Matrit. " 59 " XIV/XV

<sup>1)</sup> Migne l. c. 585 A. <sup>2)</sup> ibid. 589 A. <sup>3)</sup> ibid. 588 B.

3. cod. Scoriac. Graec. Υ—III—19 saec. XIV

4. " Laur. " plut. LXXXVII 16 saec. XIII?

5. " Monac. " 225 saec. XIV (v. supra p. XXVII)

6. " Vindob. Theol. Graec. 245 saec. XV

7. " Oxon. Laud. " 21 " XIV

8. " coll. B. Mar. Magd. Graec. 16 saec. XIV

9. " Athen. Graec. 375 saec. XIII?

10. " Patmiac. " 378 " XVI

etiam in cod. Vindob. Phil. Graec. 149 hoc scriptum sub titulo *περὶ τριάδος* delitescere suspicamur. primum id editum est a Dositheo patriarcha Hierosolymitano in *τόμῳ ἀγάπης* (Jassiae 1698) 494—501.<sup>1)</sup> inde editores patrologiae Graecae id tom. 142, 585—606 typis expresse runt. finis autem huius editionis non a Blemmyda scriptus, sed a Dositheo additus est. praeterea hic liber reperitur in editione Lipsiensi operum complurium Blemmydae, quae inscripta est: *Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμύδου Ἐπιτομὴ λογικῆς, ἔν γραφεῖσα Ἰωάννη Δουκί τε καὶ βασιλεῖ τῷ Βατάτεζῃ περὶ πον τὸ ατλβ' ἔτος τὸ σωτήριον, κατὰ δὲ τὸ αχέ' ἐν Αὐγούστη τῶν Βινδελικῶν τυπωθεῖσα, ἥδη δὲ τύποις β' ἐκδοθεῖσα μετὰ τῆς Ἐπιτομῆς φυσικῆς ἐφεξῆς δὲ ὁ τε Περὶ σώματος καὶ περὶ ψυχῆς ἐκτεθεῖται τοῦ αὐτοῦ λόγος, μεθ' ἣς ὁ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τῆς ψυχῆς Θεοφάνους τε τοῦ Μηδείας καὶ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου, καὶ τελευταῖον ὁ τε Περὶ πίστεως καὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως τοῦ αὐτοῦ Βλεμμύδου, προηγουμένης τούτων τῆς παθολικωτέρας αὐτοῦ ἐπιστολῆς, ἐκδεδομένα δαπάνη κυρίου Ἰωαννίτου Χατζῆ Νίκου. ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας ἔτει αψιδ'*. de codicibus editores nihil annotaverunt.

Consulto ut certe cognosceremus, quid Blemmydes de quaestionibus dogmaticis sensisset, solos ipsius libros re

<sup>1)</sup> Dositheus titulo libri haec verba addidit: *ἐκ τοῦ τρίτου αὐτοῦ βιβλίου περὶ πίστεως λόγος.* nescio equidem, quid volunt. neque enim dubium esse potest, quin hoc opusculum pars maioris cuiusdam non fuerit. an hunc libellum una cum aliis quibusdam tertium librum Blemmydae significavit?

spicere nec testimoniis aequalium uti voluimus. nunc vero certa cognitione parta reliquum habemus ut quaeramus, num eadem quae nos etiam homines illius aetatis iudicaverint. atque anno 1274. in concilio Lugdunensi legati Michaelis VIII unionem ecclesiarum iureiurando constituerunt et imperator ipse quae iuraverat usque ad mortem fide insolita observavit. vix autem Andronicus eius filius gubernacula reipublicae capessiverat, cum unio sublata, Theodora Michaelis uxor eam abiurare coacta, Joannes Veccus patriarcha a munere remotus et carcere inclusus est.<sup>1)</sup> parem sortem Georgius Metochites diaconus passus est. qui ut sese defenderent et demonstrarent, quomodo factum esset, ut Latinorum partes sequerentur, compluria scripta in publicum ediderunt, quarum historia dogmatica a Metochita scripta ut omnino fere ignota ita maxime digna est quae legatur.<sup>2)</sup> atque inter alia auctor narravit<sup>3)</sup> se brevi priusquam unio perfecta esset cum Josepho, qui tum patriarcha fuisset, casu convenisse. addendum est hunc Josephum non ex animi sui sententia unionis adversarium fuisse sed e voluntate Eulogiae, sororis Michaelis, quae tum dux omnium fidei Romanae inimicorum fuit et ipsi fratri difficultates moliri conata est. cum igitur Metochites ex illo quaesivisset, quid de unione sentiret, eum respondisse se non dubitare, quin complures egregii viri, quos cognovisset, si etiam tum in vivis essent, consensioni ecclesiarum faverent, et inter alias Blemmydam quoque nominavisse. praeterea nos supra recte iudicavisse non solum Josephi verum etiam alterius praelarioris viri testimonio confirmatur. nam Joannes Veccus, qui post concilium illud Lugdunense unionem fortissime defendit, antea eam tam vehementer reiecerat, ut ab imperatore carcere includeretur. cuius invitum animum cum

<sup>1)</sup> J. Draeseke, Der Kircheneinigungsversuch des Kaisers Michael VIII Palaeologos. Zeitschr. f. wiss. Theol. XXXIV 325—356. <sup>2)</sup> Georgii Metochitae Diaconi hist. dogmat. libri II. ed. G. Cozza in Ang. Mai, Nova Patrum Bibliotheca VIII Romae 1871. <sup>3)</sup> ibid. p. 39.

hunc ad modum vincere non potuisset Michael alia ratione usus est. cognovisse enim eum Nicephorus Gregoras nobis tradidit<sup>1)</sup> Joanne Vatatzē regnante Blemmydam e libris sanctis multa testimonia collegisse, quae cum dogmate Latino consentire viderentur, et de ea re complures libros scripsisse, λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, ἐλογογράφει δ' οὖν ἔστιν ἄ. quos libros postquam imperator Vecco misisset, eum commotum esse, ut patrum scripta diligenter perlegeret, e quibus Blemmydes testimonia illa excerpisset.

Hi libri Blemmydae qui fuerint, nisi ex ipso additamento λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν colligere possemus (cf. p. XLVI), a Georgio Pachymere satis docemur. qui Veccum tradidit<sup>2)</sup> in duos libros Blemmydae incidisse, quorum alter ad imperatorem Theodorum scriptus ita inciperet: ὁ ξητῶν ἐν οὐ καιρῷ καὶ λαμβάνων ἐν καιρῷ, alter ad Jacobum archiepiscopum Bulgariae missus hoc initium haberet: ἔστι μοι πάθος ὅπερ ἔξαγγελῶ· πρὸς ἀκέστορα γὰρ ἴερόν. quibus scriptis perfectis Veccum commotum esse, ut libros sanctos denuo diligentissima manu versaret. Blemmydam autem his libris Latinorum dogma defendisse neque Pachymeres neque Gregoras tradiderunt nec tradere potuerunt, nam eidem libri sunt, de quibus supra copiose disseruimus.

Sed Veccum ipsum tandem audiamus. in secundo enim librorum, quos de ipsius dimissione scripsit, aperte narravit, quomodo factum esset, ut in Latinorum partes transiret. Τὸν Βλεμμύδην inquit<sup>3)</sup> εὑρίσκω ἔκεινον, οὗ πολὺ τὸ ἐν λόγοις κλέος ἔστιν, οὗ τὴν σοφίαν οὐδ' ὁ πάνυ ἀπεχθῶς διακείμενος μὴ ἐπὶ πολὺ προελθεῖν δόξης διαβαλεῖ, γραφήν τινα περὶ τῆς ὑποθέσεως ἐγχαράττοντα ταύτης πρός τινα Βουλγαρίας μὲν ἀρχεπίσκοπον τῷ χρόνῳ ἀναδειχθέντα, διὰ δὲ βίου θεοφίλειαν πρὸς ὅρος τὸν Ἀθω ἀναγωρητικῶς ἐλόμενον ξῆν, οὗ καὶ αὐτοῦ τῆς ἐν λόγοις περιουσίας πολ-

<sup>1)</sup> Nicephor. Gregoras I 128 sq. <sup>2)</sup> Georg. Pachym. I 477. <sup>3)</sup> Leo Allatius, Graecia Orthodoxa II 43.

λοὶ μὲν τῶν εἰσέτι ζώντων οἱ μάρτυρες, ἀκοιβῆσ θὲ ἀπόδειξις ἄπερ τῷ βίῳ μετὰ θάνατον ἐκεῖνος καταλέοιπεν οἰκεῖα συγγράμματα· Ἰάκωβος ἡ κλῆσις ἦν τῷ ἀνδρὶ πρὸς τοῦτον δὲ Βλεμμύδης ἐπιστέλλων ἐκεῖνος τὴν τῶν ἐκκλησιῶν διάστασιν ἀποδύοεται, τὴν μετὰ τῶν αἰτίων αὐτῆς ἐντεῦθεν παριστῶν ἐαυτοῦ ἀγανάκτησιν. iure Veccus ex his verbis collegit Blemmydam ea ad Jacobum scripturum non fuisse, nisi persuasum sibi habuisset eum eadem esse sententia. num autem nostrum non solum unioni ecclesiarum sed etiam dogmati Romano favisse Veccus existimaverit ex verbis modo laudatis non appareat. alio tamen loco<sup>1)</sup> dictum quoddam, quo illud ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐπορεύμενον continetur, e Blemmydae ad Jacobum libro repetivit<sup>2)</sup> et de auctore nostro atque aliis, qui idem sensissent, haec addidit<sup>3)</sup>: Διαγινώσκω δὲ καὶ αὐτοὺς τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην (hoc est καὶ ἐξ υἱοῦ) δλως κακίζοντας, οὐχ ὅτι τὸ τῆς εὐσεβείας λυμαίνεται καθαρόν, ἀλλ' ὅτι γεγονυῖα ὡς ἄρα καὶ γέγονε τοῦ μεγάλου καὶ οὐ τοῦ τυχόντος παρατία σκανδάλου ἐγένετο. Blemmydes igitur, id quod Veccus ipse concessit, additamentum illud καὶ ἐξ υἱοῦ nunquam probavit. cum autem proprius quam plurimi aequalium ad Latinos accessisset, quasi viam demonstravit, qua ingressus Veccus ad dogma Romanum et ad unionem pervenit. certe tamen longissima via fuit, nam secundum Blemmydam pater solus est origo, filius medium procedendi, secundum Vecum et Latinos pater filiusque origo sunt spiritus.

## VI.

## DE LIBRO ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΑΣΚΗΣΕΩΣ.

Una cum illo libro περὶ πίστεως, quem supra pertractavimus, Blemmydes in autobiographia<sup>4)</sup> alterum περὶ

<sup>1)</sup> Leo Allatius, l. c. II 62. <sup>2)</sup> Laemmer l. c. 134. Migne l. c. 548 C. <sup>3)</sup> Leo Allatius l. c. II 45. <sup>4)</sup> v. infra 87.

ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως scriptum commemoravit. utrumque enim monachorum suorum gratia composuit, et qua ratione inter se ei contineantur, ipse primis huius verbis ita declaravit: Ἡδη τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ ὑμῖν ὑπόμνησιν προσεκτίθημι τοῖς κληρονόμοις τῆς ὄντως ζωῆς, ὡς πάσης ἀπερογγυένοις θνητότητος. ἀφωσιωμένοις δὲ τῷ ὄντι διὰ τοῦ τὰ μὴ ὄντα καταλιπεῖν ἀποστῆναι τε τῆς ὅλης δλοτελῶς ματαιότητος. ἐπεὶ γὰρ ἔργα πίστεως ἔργηα καὶ πίστις ἔργων χωρὶς οὐα νεκρὰ ζωὴν τῷ κεκτημένῳ παρασχεῖν οὐχ ἕκανωνται, περὶ τοῦ ὁρθοῦ δόγματος ἐν ἐπιτομῇ προδιαλαβὼν εἰκότως καὶ περὶ τῆς αὐτῆς πράξεως τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιδιαλαβεῖν οὐ κατώκησα. atque initium fecit quattuor virtutibus δικαιοσύνης, σωφροσύνης, ἀνδρίας, φρονήσεως declarandis, quorum ultima omnes alias complecteretur et secundum ipsius verba ὑπερέγει τῶν ἄλλων (ed. Lips. p. 125). de hac igitur et primo loco et copiosissime disseruit. sequuntur deinde nonnulla de ceteris virtutibus, quorum memoria dignissima ea sunt, quae de iustitia in rebus publicis adhibenda scripsit. postremo autem quae vitia vitanda essent exposuit fratresque admonuit, ut modice viverent, pauperum misererentur, vel alienissimos homines sincero amore complecterentur. nec mirum est, quod sola monachi vita usque quaque laudanda, clerici contra nulla laude digni ei videntur, nam per totam vitam, postquam sacerdotis ordinem deseruit, vehemens odium in eos gessit. Praeterea semper in oriente christiano tanta simultas inter ordines sanctos fuit, quanta in occidente nunquam orta est. ibi enim, postquam Gregorius VII instituta ecclesiastica funditus correxit et emendavit, plurimis legum a monachis observatarum clerici quoque obstringebantur, praecipue caelibatu, cum in oriente, ut exemplum affiram, solis monachis matrimonium vetitum esset. monachorum ordines denique apud Graecos neque ecclesiae neque patriarchae unquam servi fuerunt.

Hic liber asservatur

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (cf. p. XXVII)
  2. " Matrit. " 59 " XIV/XV
- et primum in editione Lipsiensi (cf. p. LI) typis expressus est.

## VII.

### DE ENCOMIO IN S. JOANNEM EVANGELISTAM SCRIPTO.

In narratione de vita sua componenda Blemmydes, ut supra demonstravimus, vitas sanctorum prioribus temporibus scriptas imitatus est. nec vero solum eas diligenter perlegerat, sed etiam ipse in hoc genere litterarum versatus erat. Theodoro enim regnante<sup>1)</sup> cum forte nescio quo casu in quodam monasterio S. Joannis evangelistae sacro habitaret<sup>2)</sup>, encomium in eum scripsit. satis tamen diversum id est a plurimis huius generis scriptis. nam auctor, postquam quae libris sacris de vita Joannis tradita sunt breviter enarravit, maxime se evangelistam laudaturum ratus si, quae ille docuisset, recte et pure exponeret, de evangelio Joannis copiosiorem dissertationem dogmaticam addidit, cuius summa est πάντα παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ λόγου i. e. διὰ τοῦ νιοῦ γίνεσθαι. hac Blemmydae sententia auditione et fama cognita principes ecclesiae, qui Graecorum dogma nimis diligenter observabant (cf. p. XLVI), tanta libertate atque audacia laesi ab eo postulaverunt, ut a crimine alienam fidei formulam tuendi sese defenderet. quod cum per litteras fecisset<sup>3)</sup>,

<sup>1)</sup> Epistula undetricesima (cf. p. XXXV) ad Theodorum imperatorem data Blemmydes se hoc opusculum confecisse amico nuntiavit. <sup>2)</sup> v. infra 83, 27 sq.: ἐγκωμιάσαι τὸν ἐν Θεολόγοις μέγιστον Ἰωάννην ὡς ἐν τοῖς αὐτοῦ διάγοντες προσνούμενα. <sup>3)</sup> v. infra 84 sq.

## DE ENCOMIO IN S. IOANNEM EVANGELIST. SCRIPTO. LVII

nemo eum, qui quidem et omnium monachorum praestantissimus esset et ab ipso imperatore protegeretur, poena afficere ausus est.

Hic liber, qui inscriptus est: *Toῦ σοφωτάτου καὶ ἀγιωτάτου Βλεμμύδου κυροῦ Νικηφόρου ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον*, legitur in

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (cf. p. XXVI)
2. " Paris. " 1225 " XVI
3. " Barocc. " 131 " XIV
4. " Ottobon. " 117 " XVI
5. " Reg. Suec. et Pii PP. II Graec. 15 saec. XIII (?)
6. " Borbon. Graec. II. B. 8 saec. XIII/XIV
7. " Athoo " 1040 " XIV
8. " " 3697 " XVII
9. " " 3762 " XV
10. " Hierosolym. " I 377 " XVII

typis usque adhuc hoc opusculum nunquam expressum est.

In eodem codice Monacensi Graeco 225 fol. 204<sup>r</sup>—205<sup>v</sup> hoc encomium exiguus tractatus praecedens, qui ita inscriptus est: Θεωρία Μανουὴλ τοῦ Φιλῆ προαναγινωσκομένη τοῦ ἐγκωμίου καὶ ἀκροασθαι τὸν σύλλογον ἀναπείθονσα. quo quid contineatur, titulo satis perspicitur. neque vero hoc opusculum destinatum est, ut solum ante hoc encomium S. Joannis recitaretur, sed ut cuiusvis eiusdem generis scripto praefationi esset. quamobrem encomio S. Joannis nulla ratione attingitur, sed vulgaribus sententiis de pretio talium praefationum praemissis ei, qui audiunt, ut animos attendant admonentur. atque eiusmodi prooemia, quae una cum narratione vitae beati cuiusdam hominis eius die lecta esse arbitramur, saepius apud Byzantinos usui fuisse videntur. alterum enim exemplum illo carmine a Blemmyda in S. Demetrium condito praebetur, de quo infra plura dicemus (cf. p. CVsq.). tales autem praefationes non solum scriptas verum etiam recitatas esse eo cognoscimus, quod hoc opus Philae una cum Blemmydae in S. Joannem encomio traditum est. prae-

terea cum nihil sit, cur auctorem ‘*Θεωρίας*’ alterum esse existimemus atque illum Manuelem Philam, qui circa annos 1280.—1350. floruit, hoc opusculum oratione soluta scriptum ob eam quoque causam memorabile est, quod usque adhuc viri docti Philam nihil nisi carmina compo-  
suisse arbitrati sunt.<sup>1)</sup>

Fortasse autem Blemmydes aliorum quoque sanctorum virorum vitas depinxit. Allatius enim in notis ad annales Georgii Acropolitae scriptis, postquam alia nostri opera enumeravit, haec annotavit: „penes me sunt . . . historia de Sancto Paulo et aliis Patribus qui in Latro monte solitariam vitam egerunt, elegantissime et ad antiquum succum conscripta.“<sup>2)</sup> practerea codice Parisino Graeco 1195 saec. XIV/XV foll. 204<sup>v</sup>—234<sup>v</sup> ‘vita S. Pauli Latrensis auctore Nicephoro Blemmyda’ tradita est eademque nescio an inde transcripta in codice Bruxellensi 8232—33 saec. XVII foll. 112<sup>r</sup>—146<sup>v</sup> legitur. haec autem narratio sine nomine auctoris etiam compluribus codicibus asser-  
vatur, qui iam saeculo undecimo exarati sunt. quibus usus Hippolytus Delehaye Blemmydae nomine omisso et Latina versione Jacobi Sirmondi addita eam cum titulo ‘vitae S. Pauli Junioris in monte Latro’ primum edidit (Bruxelles 1892). qui idem in praefatione libri sui Blemmydam huius quidem vitae auctorem non esse satis demonstravit. causis vero ab eo allatis haec suprema addi potest aucto-  
rem huius vitae longe alio genere scribendi ac Blemmy-  
dam usum esse. quomodo igitur fieri potuit, ut huic narrationi nomen nostri praefigeretur? praeterea ne leviter iudicemus eo impedimur, quod Blemmydes ipse narravit se aliquamdiu in Latro monte versatum esse.<sup>3)</sup> quod ullum scribam alicunde scivisse cum veri dissimile sit, res ita-  
se habuerit. illo codice Vaticano ab Allatio laudato, quem neque Delehaye neque nos oculis vidimus, brevis narratio

<sup>1)</sup> Karl Krumbacher, Gesch. der byz. Litt. p. 376.

<sup>2)</sup> Georgii Acropolitae annales ed. Leo Allatius Paris. 1651. p. 244.      <sup>3)</sup> infra 22 cf. p. XIV.

de rebus gestis non solum S. Pauli sed omnium hominum praeclariorum tradita est, qui in illo monte floruerunt, et haec re vera a Nicephoro Blemmyda illo tempore scripta est, cum ibi habitaret. alteram autem vitam S. Pauli Junioris, quam Hippolytus Delehaye edidit, Leo Allatius fortasse ne cognovit quidem, certe non dixit. hoc acce-  
dit, quod in cod. Barocc. 133 saec. XIV post compluria Blemmydae scripta foll. 112—113 secundum catalogum Coxii notitia brevis de vita S. Pauli legitur. hoc igitur fragmentum parvulum partem narrationis a Blemmyda scriptae esse suspiccamur, quam quod non perlegimus valde dolemus.

## VIII.

## DE LIBRIS GEOGRAPHICIS.

Scientia Nicephori Blemmydae pluribus quam solis theologicis studiis ornata fuit. id enim noster a multis ordinis sui viris differt, quod in cella sua contemplatione rerum divinarum frui satis non habuit. nam etiamsi rebus publicis interesse noluit, tamen id semper studuit, ut aliorum animos quacumque posset ratione commoveret et regeret. itaque magistri officia subiit. in schola tamen publica quominus doceret semper recusavit; ibi enim scie-  
bat discipulos non a se solo educatum iri, sed varietatem vitae urbanae saepissime consiliis suis diversam fore. hanc ob causam nonnisi intra fines monasterii discipulos eru-  
diebat, ubi idem et magister eorum et abbas esset. peri-  
tissimum autem eum erudiendi fuisse et ex Gregorii Cyprii narratione<sup>1)</sup> et ex eis cognoscimus, quae ipse in testa-  
mento suo de liberis educandis exposuit.<sup>2)</sup> praeterea hoc docendi munere adductus est, ut complures libros scribe-  
ret, de quibus nunc copiosius nobis est disserendum.

<sup>1)</sup> Gregor. Cyprius De vita sua. Migne Patrol. Gr. t. 142 p. 19—30.      <sup>2)</sup> v. infra 93 sq.

Atque primum duo libri geographicci Blemmydae nobis traditi sunt. quorum in minore quae de forma, natura, magnitudine, motibus terrae et de ratione inter eam et cetera astra intercedente breviter exposuit cum eis congruunt, quae postea capitibus XXVIII. et XXIX. libri de physicis (cf. p. LXXVIII sq.) explanavit. cum autem ibi de eis, quae antea viri caeli ac siderum periti docuerant, ratione et disciplina severe observata disseruerit, deinde suam ipsius sententiam diligentissimo studio ortam declaraverit, hoc libello geographicco res simplicissimas tam populariter et ad sensum puerilem accomodate tractavit, ut nemo dubitare possit, quin hoc opusculum solis a discipulis legi voluerit. neque igitur cuiquam hoc consideranti mirum videri posse existimamus, quod ut exemplum afferam argumentum illud notissimum globosae formae terrae etiam hodie in omnibus eiusmodi libris iteratum in hoc libello elementorum commemoratur. inscriptio autem πρός τινα βασιλέα ὁρθόδοξον huic opusculo praefixa est. quam non ab ipso auctore additam esse eo efficitur, quod non legimus, quisnam is rex fuerit. quis porro unquam tam exiguum scriptum regi ac domino dedicare ausus sit? minime quidem Byzantinus. fortasse igitur Blemmydes hunc commentariolum, cui tamen ne minimum quidem indicium inest, ad quem scriptus esse videatur, circa annum 1241. composuit, cum Theodorus Lascaris filius imperatoris Joannis eius scholam frequentare coepisset (cf. p. XX), certe autem ad alios quoque discipulos instruendos postea eo usus est.

Idem de altero libro geographicco Blemmydae factum est, qui σύνοψις γεωγραφική seu γεωγραφία συνοπτική dicitur. sed cum illum ad usum puerorum destinavisset, hunc in schola adolescentium paulum aliquid ultra primas litteras progressorum adhibuit, quo duce de situ terrarum et urbium eos instrueret. quem quanta diligentia perfecerit ex eo cognoscimus, quod multa, quae magister inter erudiendum dicere solet, velut prima verba: Βουλόμενος δὴ ὡς ἐν συντόμῳ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔωγρα φῆσαι τῷ λόγῳ καὶ δεῖξαι σοι ποταπῶς κεῖται' κτλ. sive

καὶ δὴ ἄρχομαι, σὺ δὲ καλῶς ἄκουε' sive Ἀκονσον δὲ τὰ ἔθνη' aliaque eiusmodi in ipso libello accurate exscripsit. mirum quidem est quod auctor semper unum discipulum videtur ante oculos habuisse. quam ob causam etiam hoc opus Blemmydam eo tempore confecisse existimamus, cum imperator Joannes Theodorum filium in eius scholam dederat. interdum porro magistrum dicentem audimus: βλέπε δὲ κτλ. imagine igitur adhibita ea, quae docebat, clarus illustrare conatus est. nec vero tabulis formas terrarum accurate demonstrantibus sed lineamentis sine labore atque industria in pariete seu ligno creta pictis usus esse videtur, quorum exemplum codicibus nobis asservatum et in editionibus operis typis expressum est.

Iam diu viri docti animadverterunt et Blemmydae criminis turpissimo dederunt, quod hoc opusculum geographicum nihil esset nisi circumlocutio oratione soluta scripta illius libri Dionysii Periegetae. atque re vera Blemmydes ipse nihil addidit. quare autem eidem existimaverint non Periegetae ipsius libellum sed quandam eius paraphrasin nostrum transscripsisse<sup>1)</sup>, haud intellegimus. neque enim solum ordo rerum idem est sed etiam eadem verba et figurae, interdum quoque formae quaedam poeticæ in utroque libro reperiuntur<sup>2)</sup>, quae transcriptioni subiecta plane periissent. nam pauci eorum, qui in litteris versati erant, tam subiles grammatici et eorum, quae antiquae linguae Graecæ propria sunt, tam periti fuerant quam Blemmydes.<sup>3)</sup> tamen archetypi amoenitas funditus abolita est. pro illis enim, ut exemplo utamur, omni laude superioribus versibus, quibus venustas seminarum Lydiarum praedicatur: (v. 839 sqq. ed. C. Mueller Geogr. Gr. min. II)

Οὐ μὰν οὐδὲ γυναικας δύοσσεαι, αἱ περὶ κεῖνο θεῖον ἔδος, χρυσοῖο κατ' ἵψος ἀμμα βαλοῦσαι,

<sup>1)</sup> C. Mueller, Geogr. Gr. min. II 458 ann. <sup>2)</sup> velut πόλεις pro πόλεις Dion. Perieg. ed. C. Mueller, l. c. 104 vers. 2, Nic. Blemm. ibid. 458 linea 4. <sup>3)</sup> cf. eius carmina p. 100 sq.

δρχεῦνται, θνητὸν ἐλισσόμεναι περὶ κύκλου,  
εὗτε Διωνύσοιο χροστασίας τελέοιεν·  
σὺν καὶ παρθενικὴν νεοθηλέες, οἵα τε νεβροί,  
σκαίρουσιν· τῆσιν δὲ περισμαραγεῦντες ἀῆται  
ἱμερτοὺς δονέουσιν ἐπὶ στήθεσσι γυναῖς

Blemmydes nihil nisi hoc dictum breve atque aridum substituit<sup>1)</sup>: Τὸ δὲ κάλλος τῶν γυναικῶν τοῦ τόπου τούτου οὐδεὶς δύναται μέμψαι. severissimo vultu indutum praeceptorem haec verba dictantem vel dicentem videmus. ipse enim ut monachus a gaudiis humanis abalienatus mulieribus amicus non fuit et Theodorus, quem docebat, in patria illarum feminarum vixit regisque filius fuit. totum autem locum quominus omitteret, verecundia poetae aureae aetatis impeditus est.

Quis igitur Blemmydam condemnaverit? nisi forte id reprehendendum tibi videtur, quod paraphrasin confecit, quam ad erudiendum aptiorem putavit quam exemplum primum. vituperandi contra ei sunt, qui hoc opusculo in usum scholae scripto nec unquam ab auctore destinato, ut in publicum ederetur, ad lucem protaxerunt et per ludibrium clamaverunt: ecce litteras Byzantinas!

Haec commentariola geographicā, quorum maius inscriptum est: τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου γεωγραφία συνοπτική, minus: ἴστορία περὶ τῆς γῆς ἐν συνόψει τοῦ αὐτοῦ Νικηφόρου φιλοσόφου τοῦ Βλεμμύδου πρός τινα βασιλέα δρόσοδοξον his codicibus asservantur:

- |                                                    |   |     |  |
|----------------------------------------------------|---|-----|--|
| 1. cod. Cantabrig. Graec. Dd. VI 18, 19 saec. XVII |   |     |  |
| 2. „ Oxon. Laud. „ 52                              | „ | XVI |  |
| 3. „ Paris. „ 1414                                 | „ | XVI |  |
| 4. „ Coisl. „ 388                                  | „ | XVI |  |
| 5. „ Scoriac. „ Ω—IV—29                            | „ | XVI |  |
| 6. „ Borbon. „ 224 (IV A 20)                       | „ | XVI |  |
| 7. „ Barber. Graec. a Manzio adhibito              |   |     |  |
| 8. „ Ambros. „ (Montfauc. bibl. I 494)             |   |     |  |

<sup>1)</sup> l. c. p. 465.

- |                                                   |  |  |  |
|---------------------------------------------------|--|--|--|
| 9. cod. Ambros. Graec. (Montfauc. Diar. Ital. 14) |  |  |  |
| 10. „ Taur. „ 234 b VI 14 saec. XVI               |  |  |  |
| 11. „ „ „ 264 c I 18 „ XVI                        |  |  |  |

de nonnullis codicibus partim his partim aliis C. Mueller haec adnotavit<sup>1)</sup>: „Opusculi huius“ (sc. maioris) „codicem Londonianum Salmasius (in Epist. lib. I 123 ed. Lugd. Bat. 1656, 4) commemorat, e codice Bodleiano librum editurus erat Hudsonus (cf. G. Min. t. II p. 208). Bredovius vero tum hoc tum alterum eiusdem Blemmidiae περὶ γῆς opusculum (jam olim illud an. 1605 a Wegelino Augustae Vindelicorum editum) e codice Parisino 1414 exscripsit (V. Bredovii Epist. Paris. p. 43), ex Bredoviano autem apographo edidit Spohnius (Lipsiae 1818. 4), sicut paullo post ex Holsteniano codicis Vaticani apographo Manzius exprimentum curavit (Romae 1819).“ primum nescio quo codice usus minus opusculum Wegelinus edidit Augustae Vindel. 1605. postea Fr. A. W. Spohn e codice Parisino 1414 utrumque libellum typis expressit cum titulo: Nicephori Blemmidiae Duo opuscula geographicā, e codice ms. Parisiensi nunc primum edidit, varias observationes et figurās geographicās adjecit Fridericus Aug. Guil. Spohn. Lipsiae 1818. idem cum multo nimium pretiū opusculis tribueret, praefationem copiosam de quorundam virorum doctorum consiliis ea edendi praemisit. anno inse-quenti Blemmydae opus simul cum Dicaearchi et Hannonis libris a Guilelmo Manzio editum est (Romae 1819). hic vir doctus, qui bibliothecae Barberinae praeerat, editione Spohniana neglecta codice bibliothecae suae usus est. denique postquam Bernhardy maius opusculum editioni Dionysii Periegetae Lipsiae 1828 p. 404—426 addidit, C. Mueller, qui praeter Parisinum et Barberinum codicem quoque Scoriacensem et alterum Taurinensem adhibuit, utrumque typis exprimentum curavit in Geogr. Gr. min. II Paris. 1861 p. 459—470.

<sup>1)</sup> l. c. XXXIX.

DE LIBRO QUI INSCRIBITUR  
ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ ΑΝΔΡΙΑΣ.

Blemmydes quamquam imperatore invito patriarchae munus recusaverat omnibusque dignitatibus tranquillitatem vitae monachicae posuerat ante, tamen, id quod epistulis eius ad Theodorum satis demonstratur, continuis necessitatibus cum aula regia coniunctus fuit neque, etiamsi in rebus publicis omni potentia careret, cum ille nullius nisi suo ipsius arbitrio regeretur, se imperatoris praeceptorum fuisse unquam oblitus est. itaque ille liber parvus ortus est, qui βασιλικὸς ἀνδριὰς inscribitur. quem titulum Blemmydam ipsum invenisse eo efficitur, quod in epistula nona ad imperatorem scripsit (cf. pp. XXIII et XXXV): μικρὸν δ' ὑστερον ὁφθήσεται σοι καὶ βασιλικὸς ἀνδριάς, ὃν λόγος ἡμέτερος ἡγαλμάτωσε. εἴτ' οὖν εὐφυῶς εἴτ' ἄλλως πως διεσκεύασται παρὰ σοὶ κοιθήσεται διαγνώμονι, τῷ τὴν βασιλικὴν ἐπιστῆμην ἔξαριβώσαντι θεωρητικῶς καὶ πρακτικῶς. ἐκεῖνοι γὰρ ἵσσαι κοίνειν ἐπιστήμας καὶ τέχνας οἱ μετέχοντες ὡς δέον αὐτῶν. deinde cum hunc librum ad imperatorem mitteret epistulam tertiam decimam addidit. Ἐστάλη inquit τῇ βασιλείᾳ σου ὁ βασιλικὸς ἀνδριάς. ἔστι δὲ λόγος ἡδικός, καταδρομὴν τῆς κακίας ποιούμενος καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινῶν. ἐπεὶ δὲ οὔτως ἔχει, τὴν βασιλείαν σου ἐπαινεῖ τὴν ἀσυγκρίτως ἔχουσαν καὶ ἀρετὴν ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις. ἀναγνωσθήτω οὖν παρὰ τῆς βασιλείας σου ἐπιστατικῶς καὶ κοιθήτω, εἰ ἔστι βασιλικὸς ἀνδριὰς καὶ ἀπὸ τῆς ἐννοίας καὶ ἀπὸ τῆς φράσεως ἀπό τε τῶν λέξεων. δοκεῖ γὰρ μὴ εἶναι τῶν εὐτελῶν ἀπό τε τῶν ἴστοριῶν ὃν εἶχε καὶ τῶν ἀναγωγῶν τῆς τε οἰκονομίας καὶ μεθόδου τῆς συνθήκης, τοῦ σχήματος, τοῦ ὕσθμοῦ καὶ τῶν ἄλλων ὃν φέρει μορφώσεων τε καὶ διαπλάσεων. καὶ καθὼς ἡ βασιλεία σου περὶ τοῦ λόγου κοινεῖ καὶ ἡμεῖς ἐπακολούθησομεν καὶ συγγνωματεύσομεν, εἴτε κατὰ λόγον καὶ φιλαλήθως, ἀμα δὲ καὶ θεοφιλῶς ἐπονήσαμεν, εἴτε ὅπερ ἀπείη (cod. Vindob. ἀπίη)

διαπένως πεκοπιάπαμεν. recte igitur sentiens quid deceret Blemmydes imperatorem non aperte admonuit, ut hac imagine regis ipse exemplo uteretur. certe tamen Theodorum hoc facere voluit, quamquam sine dubio in aliorum quoque regum usum ac solius Theodori hunc librum composuit. qui exercitatio vilis rhetorica haberi non debet, nam plurima quae eo continentur propria sunt et eius qui scripsit et aetatis qua floruit. Krumbacher quidem Blemmydam non ipsum invenisse quae scripsisset arbitratuſ ut auctores quaererentur, quibus noster in hoc opere componendo usus esset, postulavit.<sup>1)</sup> equidem non ignoro perutile fore omnia eius generis scripta et Graecorum veterum et Byzantinorum pertractare et comparare, sed persuasum mihi habeo fore ut cognosceretur paulatim cum temporibus sententias quoque mutatas esse. an quis etiamnunc opinatus sit aequabilitatem illam litterarum Byzantinarum quidquam aliud esse nisi fabulam puerile? Blemmydes denique quos auctores exscripserit, invenire non potui. exempla enim, quibus sententiae singulae illustrantur, ut studio veterum scriptorum cognita ita inter ipsum laborem scribendi certe non collecta sunt. nec mirum est, quod multa, quae in omnibus huius generis libris repeti solent, huic quoque libro insunt, velut ne rex iracundia moveatur (cap. III.) neve assentatores secum habeat (cap. VI.) aliaque talia; omnium porro Byzantinorum scriptorum proprium est quod postulatur, ut rex primus sit philosophorum. plurima autem quae regem decere statuit Blemmydes et rerum aetate sua gestarum et earum quas ipse viderat memoria adductus hoc libro exposuit. id enim tum Graeci maxime egerunt, ut Latini pellerentur et Constantinopolis recuperaretur. quare auctor noster optavit, ut rex non solum et ad imperandum et ad pugnandum exercitatus omnique virtute bellica ornatus esset (cap. VIII.), sed etiam, quia Veneti praecipue mari superiores erant, ut rei navalis parem peritiam ha-

<sup>1)</sup> Karl Krumbacher, Gesch. der byz. Litteratur, p. 159.

beret (cap. IX.). in pace bellum parandum esse, nam firmissima arma esse optimum praesidium (cap. X.). satis nempe Blemmydes viderat per legatos et colloquia nihil profici. ad haec alia scripsit, quae regi necessaria esse in vita ipse expertus erat. summa ira, ut supra demonstravimus (cf. p. XXI), commotus erat, quod imperator Joannes nimis amori se dederat. itaque a rege poposcit, ut hac ratione sese coerceret, et Vatatzis nomine, ne filium laederet, silentio praetermisso eo severius de pristinis imperatoribus iudicavit (cap. II.): degeneratos atque effeminatos urbis captiae eos auctores fuisse. omnia quidem regem ipsum curare non posse. iniuriarum memor, quas a prefectis passus erat, regem adhortatus est, ut iustis et probis viris provincias administrandas traderet (cap. XI.). totum denique populum meliorem fieri oportere; neque de eo desperandum esse, nam satis virium ei inesse, quae quidem colenda esseant atque augendae (ibid.).

A posteris hic liber Blemmydae tanti aestimatus est, ut communem sortem praeclarissimi cuiusque operis litterarum Byzantinarum effugere non potuerit. septuaginta enim fere annis postquam scriptus erat bono consilio et parva prudentia ut emendaretur auctus est. cuius generis emendationes si quis vehementissime reprehendere velit, equidem non dissentiam. nam huic quoque libro omnia ea vitia insunt, quibus talia opera affecta esse solent. quae cunque enim Blemmydes breviter clare distinete exposuerat, hic inflata sunt atque turgent. opifices autem huius operis vilis Georgius Galesiotes et Georgius Oenaeotes titulis codicum nominantur. de illo, qui dignitate σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ornatus fuit, Fabricius<sup>1)</sup> haec annotavit: „Georgius Galesiota composuit orationem funebrem in Theodori Xanthopuli mortem. vivebat sub Andronico Palaeologo, Georgii Cyprii patriarchae adprime familiaris, auditor, ut ipse in eadem oratione fatetur, Theodori Xanthopuli, quem propterea laudandum suscep-

<sup>1)</sup> Fabricius, Biblioth. Gr. ed. Harl. XII 85.

perat.“ de Georgio Oenaeota nihil certi nobis traditum est. ille autem Gemistus Oenaeotes, ὁ τῆς ἐκκλησίας ὑπομνηματογράφος, quem Georgius Pachymeres commemo-ravit<sup>1)</sup>, fortasse postea monachi vestem induit et nomen Georgii accepit. certe haec paraphrasis saeculo XIV in-eunte composita est.

Simul cum opere genuino Angelus Maius eam in Script. vet. nova coll. II (Romae 1827) 609—670 primum edidit et Latine vertit. haec editio deinde iterata est apud Migne, Patrol. Gr. 142, 609—674. sed cum in codice Vaticano, quo solo Maius usus est, tria ultima capita desint, valde optandum est, ut hic liber etiamnunc prae multis dignus qui legatur integer typis exprimatur. in-scribitur is hoc titulo: Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος ὃς ἐπεστάλη τῷ βασιλεῖ, βασιλικὸς κληθεὶς ἀνδριάς, et asser-vatur

1. cod. Vatic. Graec. (ab A. Maio adhibito)
2. „ Marc. „ 445 saec. XV

paraphrasin, cuius inscriptio haec est: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος περὶ βασιλείας, μεταφρασθεὶς πρὸς τὰ σαφέστερα παρὰ τοῦ σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, διαικόνου κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γαλησιώτου καὶ τοῦ Οἰναιώτου κυροῦ Γεωργίου, τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν καὶ ḥητόρων, his codicibus traditam habemus:

1. cod. Vatic. Graec. } ab A. Maio adhibitis
2. „ „ „ }
3. „ Marc. „ 505 saec. XIV
4. „ Laur. „ plut. IX 32 saec. XIV
5. „ Vindob. Phil. Gr. 14
6. „ Paris. „ „ 3030 saec. XVI

<sup>1)</sup> Georg. Pachym. I 290.

## DE LIBRIS PHILOSOPHICIS.

## a. Epitome logica.

Plurima Nicephori Blemmydae opera paulatim bibliothecarum pulvere obruta sunt, epitome logica et physica per tot saecula in litteris vivis manserunt et nomen auctoris vere immortale reddiderunt. de his igitur libris pauca nunc afferre ingredienti mihi ut opera dignum ita aliis relinquendum visum est, innumerabilem illam multitudinem commentatorum Aristotelis et Platonis e mortuis revocare. hoc unum tamen dicendum est: scholasticos illos, qui medio aevo in occidente floruerunt, viri docti dignos putaverunt, quorum opera diligentissime pertractarentur, et ab eis non easdem sententias semper repetitas sed certos gradus et quasi processus usque ad altitudinem, deinde paulatim decessus fuisse iam diu cognoverunt, philosophos Byzantinos nemo unquam eadem diligentia perscrutatus est. nam cum totas litteras Byzantinas tum hanc earum partem artissimo somno devinctam fuisse praejudicaverunt. de plurimis quidem generibus hic error interim refutatus est rariusque iam legitur, de philosophis nemo fere huic falsae opinioni obstitit. nam etiam Carolus Prantl<sup>1)</sup> unius Pselli libros diligentius perlegit et permultas eius doctrinas in philosophiam occidentalem permanavisse facile demonstravit, plurimorum aliorum philosophorum ne nomina quidem commemoravit. sensit autem potius quam cognovit in sapientia scholasticorum multo plures doctrinas Graecas inesse, quam quae cunctae uni Psello ascribi possent. quarum qui essent auctores ne is quidem nescio an praeiudicio illo captus cognoscere studuit. Byzantinos autem multo studiosius in philosophia versatos esse quam homines occidentales

<sup>1)</sup> Carl Prantl, Gesch. der Logik im Abendlande. 1. Aufl. 4 voll. Leipzig 1855—1870.

quid mirum? Aristotelis enim et Platonis opera cuncta semper eis nota fuere. an ob id ipsum, quod hac scientia tam diu caruerunt, Latini virorum doctorum oculos in sese converterunt?

Quae cum ita sint eo magis dolemus, quod his prolegomenis parum spatii nobis conceditur, quam ut quem locum intra philosophiam Graecam medii aevi logica et physica Blemmydae obtineant exponere possimus. tamen testimentiis extrinsecus assumptis ostendere conabimur, quam diu posteriorum cogitationes doctrinis Blemmydae motae sint, qui leges aeternas disciplinarum illarum forma aetati suae accommodata aequalibus declaravit.

Ac primum logica Blemmydes initio Smyrnae a Demetrio Caryce, deinde Scamandri a Prodromo instructus est<sup>1)</sup>, quorum uterque fortasse Pselli scholam frequentaverant, etiamsi philosophum ipsum non iam viderant. Prodromo autem duce postquam tantum profecit, ut etiam cum Caryce disputare auderet<sup>2)</sup>, postea ipse intra monasterii muros hanc disciplinam alios docuit. itaque ea, quae in erudiendo expertus erat, in epitome logices componenda ei utilitati fuere. quam quando noster scripserit, etsi meris verbis traditum non habemus, tamen suspicari possumus. atque Joanne Vatatze regnante id factum esse iam Wegelinus rectissime vidit<sup>3)</sup>, nam in capite XXVI. Blemmydes, ut quae statuerat exemplis illustraret, haec scripsit<sup>4)</sup>: *Παῦλος ἐπέστελλεν, ἦγουν, ὁ Παῦλος ἐπιστέλλων ἦν· καὶ Ἰωάννης βασιλεύει, τουτέστιν ὁ Ἰωάννης βασιλεύων ἔστι πτλ.* praeterea in prooemio auctor narravit se iam antea quondam adolescentis aetate vix superata<sup>5)</sup> nonnulla de logicis αἰτησαμένῳ βασιλεῖ scripta dedisse, quod certe non dixisset, nisi rex idem ille fuisset qui tum regnabat. id tamen Wegelinus erravit, quod iam circa annum 1235. hunc

<sup>1)</sup> cf. p. XIII sq. <sup>2)</sup> cf. p. XIV. <sup>3)</sup> in praef. editionis sua, Migne l. c. 679/80. <sup>4)</sup> Migne l. c. 893 A. <sup>5)</sup> Migne l. c. 689 A: *νέοι ἔτι ὄντες καὶ πρὸς φιλοσοφίαν εἰσαγωγικοὶ καὶ ἀνεπιστήμονες.* haec exercitia in autobiographia p. 6, 8 commemoravit.

librum compositum esse arbitratus est.<sup>1)</sup> nam Blemmydes ipse omnem dubitationem sustulit cum scriberet<sup>2)</sup>: δέον ἐνοίημεν τοῖς τοῦ λόγου φοιτηταῖς τοῦ ὄντος ζαὶ τῆς ἀληθείας μύσταις μυχούς τινας ἐν ταύτῃ τῇ λογικῇ λιπεῖν ἡμετέρους ὑπομνηματισμούς. ergo ante annum 1238. hanc epitomen logicam Blemmydes non scripsit, tum enim primum discipulos instruere coepit (cf. p. XVIII). sin autem, id quod veri dissimile non videtur (cf. p. LV), auditamento illo τοῦ ὄντος simul significare voluit discipulos in monasterio suo Θεοῦ τοῦ ὄντος sacro erudiri, dubium non est, quin intra annos 1249.—1254. hic liber ortus sit. denique anno 1251. eum scriptum esse compertum habemus, quod in autobiography p. 87, 17 sq. se statim post disputationem anno 1250. cum Latinis factam epitomas logicorum et physicorum confecisse Blemmydes ipse narravit.

Hoc libro praeter prooemium ars logica quadraginta capitibus divisa continetur: „.... die Ἐπιτομὴ λογικῆς“ Prantl inquit<sup>3)</sup> „relativ eines der besseren Bücher dieser Art, in welchem von der Definition und Eintheilung ausgegangen, dann in verschiedenen Gesichtspunkten über Philosophie überhaupt gehandelt und hierauf der Hauptinhalt der Logik gegeben wird; zuerst stehen sämmtliche Verhältnisse der Homonymen u. dergl., dann erst folgt der Inhalt der Isagoge, hierauf jener der Kategorien, dann die Lehre vom Urtheile ausführlich in der Weise des Porphyrius oder Ammonius, dann die Syllogistik gleichfalls mit Aufnahme der hypothetischen Schlüsse, hernach ein Excerpt der Soph. El. und zuletzt noch eine Zusammenstellung der Arten der Urtheile in Bezug auf ihren Werth für die Schlüsse.“ his verbis Prantl ut libro non satis magnam laudem tribuit ita argumentum maximam partem recte descriptis.

Quamquam fortasse auctore vivo epitome logices non nisi inter discipulos eius nota fuit, eo mortuo per totum imperium pervulgata nec solum lecta sed lectitata et ite-

<sup>1)</sup> cf. p. LXIX ann. 3.

<sup>2)</sup> ibid. 688 C.

<sup>3)</sup> l. c. II 295.

rum atque iterum fundamentum eruditionis facta est. nam permagnus numerus codicum non solum in Graecia verum etiam in occidente exaratorum testimonio nobis est plurimi ubique eam aestimatam esse. quid? quod etiam saeculo duodevicesimo in monasteriis Graecis certe non ad manum exercendam saepius transscripta est. indicem igitur codicum, quos quidem noverimus, infra adiciemus, quamquam quin nonnulli nos effugerint non dubitamus. sed mirabundos audio lectores quaerentes, cur tantam copiam attulerim, cum ad textum emendandum nihil fere eo efficiatur. recte quidem dixerunt, tamen observandum est in litteris Byzantinis versantibus nobis saepius aliam rationem adhibendam esse atque in Graecis et Romanis. quisnam respexerit codices saeculo XVII. manu scriptos, quibus Sophoclis fabulae notae contineantur? nemo sane, nam ad textum constituendum nihil novi inde doceri possumus. an argumento egeamus Sophoclis opera semper animos hominum movisse? at longe aliter de litteris Byzantinis res se habent. ad textum quidem genuinum restituendum ibi quoque nonnulli codices vetustissimi satis essent, praeterea autem demonstrandum est iterum atque iterum librum quendam lectum et post multa quoque saecula in usu fuisse

Atque liber, de quo nunc dicere coepimus, a Blemmyda εἰσαγωγικὴ ἐπιτομὴ λογικῆς inscripta est et his codicibus manuscriptis hodie continetur:

- |     |             |               |        |       |                  |     |
|-----|-------------|---------------|--------|-------|------------------|-----|
| 1.  | cod. Monac. | Graec.        | 180    | saec. | XV/XVI           |     |
| 2.  | „           | „             | 225    | „     | XIV (v. p. XXVI) |     |
| 3.  | „           | „             | 516    | „     | XIV              |     |
| 4.  | „           | „             | 520    | „     | XV               |     |
| 5.  | „           | „             | 543    | „     | XV               |     |
| 6.  | „           | „             | 563    | „     | XIV              |     |
| 7.  | ..          | Dresd.        | ..     | 532   | „                | XVI |
| 8.  | „           | Brem.         | c 8    | „     | XIV              |     |
| 9.  | „           | Vindob. Hist. | Graec. | 28    |                  |     |
| 10. | „           | Phil.         | „      | 99    |                  |     |
| 11. | „           | „             | „      | 188   |                  |     |

12. cod. Vindob. Phil. Graec. 266  
 13. " " " 325  
 14. " " " 338  
 15. " " suppl. " 111  
 16. " Mosq. Graec. 428 saec. XVII  
 17. " " " 444 " XVII  
 18. " " " 494 " XV  
 19. " " " 496 " XV  
 20. " " " 497 " XVII  
 21. " Hierosolym. Graec. I 412 saec. XVIII  
 22. " " " 480 " XVII  
 23. " " " 532 " XVII(?)  
 24. " Hierosolym. " II 533 " XVII  
 25. " Athoo " 343 " XVIII  
 26. " " " 2322 " XVIII  
 27. " " " 3874 " XVIII  
 28. " Atheniens. " 1174 " XVIII  
 29. " Patmiac. " 405 " XVIII  
 30. " Borbon. " III D 14 " XV  
 31. " " " III E 27 " XV  
 32. " Palat. " 306 " XIII/XIV  
 33. " Reg. Suec. et Pii PP II Graec. 114 saec. XV  
 34. " Laur. Graec. plut. LXXI 8 " XV  
 35. " " " LXXXVII 16 " XIII ?  
 36. " Ambros. Graec. (Montfauc. bibl. bibl. I 494)  
 37. " Marc. " 264 saec. XIV  
 38. " " " 333 " XV  
 39. " " " 528 " XIV  
 40. " Nanian. " 256 " XVI  
 41. " Taur. " 262 c I 16 saec. XVI  
 42. " Matrit. " 59 " XIV/XV  
 43. " Scoriac. " R—III—24 " XVI  
 44. " " " Φ—I—7 " XVI  
 45. " " " X—I—10 " XV  
 46. " " " X—II—2 " XVI  
 47. " " " Ω—IV—31 " XVI  
 48. " Paris. " 1998 " XVI

49. cod. Paris. Graec. 1999 saec. XVI  
 50. " " " 2000 " XVI  
 51. " " " 2001 " XVI  
 52. " " " 2099 " XVI  
 53. " " " 2100 " XVI  
 54. " " " 2102 " XVI  
 55. " " " 2103 " XVI  
 56. " " " 2104 " XVI  
 57. " " suppl. gr. 238 saec. XV  
 58. " " " 524 " XVI  
 59. " Barocc. Graec. 83 " XV  
 60. " " " 106 " XV  
 61. " " " 133 " XIV  
 62. " Oxon. coll. B. Mar. Magd. Graec. 16 saec. XIV

singulae partes libri separatim traditae sunt, velut fragmentum capituli VII.

63. cod. Barocc. Graec. 106 saec. XV

cum titulo: *Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμίδους περὶ γεωμετρίας κεφάλαιον η'*, inc. 'H γεωμετρία καταγίνεται κτλ. praeterea caput IX., quod est περὶ τῶν πέντε φωνῶν, separatim legitur in

64. cod. Monac. Graec. 400 saec. XVI  
 65. " Vindob. Phil. Graec. 99  
 66. " " " 181  
 67. " Athen. Graec. 1260 saec. XVII  
 58. " Reg. Suec. et Pii PP II Graec. 113 saec. XV

capita XXX.—XL. separatim asservantur

69. cod. Vindob. Phil. Graec. 328

caput XXXI. cum inscriptione περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἀντιστροφῆς

70. cod. Mosq. Graec. 445 saec. XVII

caput XXXVIII., quod inscriptum est *περὶ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων*,

71. cod. Monac. Graec. 399 saec. XVI

aliaque fragmenta ubique dispersa reperiuntur.

Hunc ad modum cunctos codices manuscriptos respicere omni ex parte variam habet utilitatem. magna enim copia codicum, qui in bibliothecis occidentalibus asservantur, quorum multi sine dubio non solum eo collecti sed ibi etiam scripti sunt, diligentissime hunc librum in occidente lectum esse satis demonstratur. atque hac ratione permagnus numerus codicum Parisiensem saeculo sexto decimo exaratorum maxime memorabilis est. fortasse enim illis temporibus cives clarissimae illius académiae Galliae Blemmyda duce studio logicorum se dediderunt. deinde postquam saeculo XVII ineunte Wegelinus hoc opus typis exprimentum curavit, in occidente viri docti id non iam transscriperunt, monachi autem Graeci usque ad nostra tempora id facere non desierunt.

Multo antequam totum opus a Wegelino editum esset caput nonum, quod inscribitur *περὶ τῶν πέντε φωνῶν*, saepissime ut videtur lectum typis mandatum est. Jacobus enim Foscarenus id una cum duobus Pselli et Georgii Pachymeris eiusdem generis scriptis edidit Venetiis 1532 et versionem Latinam adiecit. haec deinde a Joach. Peronio in editione Porphyrii institutionum appendicis loco repetita est Basileae 1542 p. 186—190. integra tandem epitome logicae a Joanne Wegelino Augustano Aug. Vindel. 1605 edita est, qui anno 1607. interpretationem Latinam addidit; inde Graece et Latine iteratum est apud Migne, Patrol. Gr. 142, 675—1004. quattuor autem codices bibliothecae publicae civitatis Augustanae Wegelinus adhibuit, qui nunc in bibliotheca regia Monacensi asservantur et supra a nobis numeris 3. 4. 5. 6. significati sunt. solis igitur eis usus, qui praesto erant, Wegelinus a fortuna adiutus est, nam duos eorum in optimis numerandos esse ex eo appareat, quod et vetustissimi sunt

et genuinum auctoris nomen *τοῦ Βλεμμύδου* praebent. quamquam dubium non est, quin pluribus manuscriptis comparatis textus multis locis emendari possit.

Sed praeter hanc epitomen logicam Blemmydae 'rationem de compendiaria arte disserendi' attribuerunt. Fabricius enim (Bibl. Gr. VII 670 annot.) haec scripsit: „Blemmidæ . . . ratio de compendiaria arte disserendi . . . interprete Georgio Valla Venet. 1498.“ atque re vera hic liber in collectione versionum Latinarum diversorum auctorum Graecorum exstat, quas Georgius Valla confecit et cum titulo 'Opus operum diversorum antiquissimorum autorum interprete Georgio Valla Venet. 1498' edidit. ibi opus illud ab Harlesio commemoratum 'Nicephori insignis philosophi de arte disserendi liber' inscribitur et primum locum obtinet; postea saepius separatim typis expressum est velut Basileae 1529, 1542, 1558. sed hoc scriptum Blemmydae esse Georgius Valla non dixit, sed Fabricius opinatus est, quem Prantl<sup>1)</sup> nescio qua de causa secutus est. hunc autem librum ab epitome logica Blemmydae longe abesse iam diu constituit. quare cum innumerabiles homines nomine Nicephori fuerint, quaestio difficilis fuit ad diiudicandum, quoad textus Graecus latuit. neque quisquam usque adhuc inter Blemmydae opera hanc 'rationem de compendiaria arte disserendi' repperit. sed idem Wegelinus e codice Augustano anno 1600. compendium quoddam philosophicum cum titulo: 'Γρηγορίου τοῦ ἀνεπωνύμου συνοπτικὸν τῆς φιλοσοφίας σύνταγμα' Graece et Latine edidit. atque hoc idem est, quod Georgius Valla Latine interpretatus est. quod quo luculentius appareat initium et finem hic addere mihi liceat.

<sup>1)</sup> l. c. II 295.

## Initium libri

Graec. ex editione Wegel.

*Ωσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων ἐπὶ τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν συλλαβῶν ἐπὶ τὰς λέξεις μετέρχονται. οὕτως οἱ τὸ τῆς φιλοσοφίας μετιόντες ὁργανον πρὸ μὲν τῶν ἄλλων τὰς δέκα κατηγορίας παιδεύονται, ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ ἐμμηνείας χωροῦσιν, ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ ἐμμηνείας ἐπὶ τὰ σχήματα φέρονται.*

Lat. ex interpretatione Wegel.

Quemadmodum qui legunt primum quidem elementa directe sentiendi callem quaerunt, prius quidem elementa ac litteras discunt, inde ad syllabas transcendunt, a syllabis ad dictiones perveniunt et denique ad orationem ipsam: ita qui philosophiae tractant instrumentum praes aliis ipsa decem praedicamenta docentur, ab his vero ad librum de interpretatione veniunt, ac denique a libro de interpretatione ad figuram feruntur.

## Finis libri.

*ῶς οἶγε περὶ τὴν φιλοσοφίαν παιδεύσεως ὡρμημένοι χωρὶς πειράων μὲν πάντως, ἐπιστήμην δὲ οὐ πάντως σὺν ἀσφαλείᾳ ἐκτίσαντο· δὸς ἐντεῦθεν ὡς ἐκ τινος ὀρμητηρίου κινούμενος διληγον μὲν πρῶτον κορύζεται, αὐτὰρ ἐπειτα οὐρανῷ στηρίζει κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ ποδὸς ἵχνος, ταῖς τῶν συλλογισμῶν*

ut qui quidem absque hac circa philosophiam separatim per sese incitati versatique sunt, experientiam quidem nacti, scientiam vero non prorsus tutam assecuti sunt, nisi hac duce, atqui huic tanquam ab aliquo commoti stimulo ad capescendas se accingit disciplinas. Sensum quidem primo obar-

Lat. ex interpretatione Georgii Vallae

Quemadmodum qui legendi et lecta recte sentiendi callem quaerunt, prius quidem elementa ac litteras discunt, inde ad syllabas transcendunt, a syllabis ad dictiones perveniunt et denique ad orationem ipsam: ita qui philosophiae instrumentum, hoc est disserendi artem, quam *διαλεκτικὴν* Graeci vocant, expetunt in praedicationis dinoscendis imprimis erudiri debent, inde ad interpretationem progredi, ab interpretatione ad figuram ferri.

Graec. ex editione Wegel.

*ἀπλανέσι καὶ ἀναγνωστικαῖς ὁδηγίαις οἴος τε ὥν ἐπιστήμην πᾶσαν καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν.*

Lat. ex interpretatione Wegel.

gium: ut qui valeat infallibilibus et necessariis syllogismorum deductionibus omnem scientiam et artem investigare.

Lat. ex interpretatione Georgii Vallae

matus munietur, at subinde coelo caput figet et terrae vestigium, quippe qui compos est syllogismorum haud quam vagis, sed necessitatem afferentibus ductibus, omnem scientiam nedum artem investigare potuerit.

Quamquam Georgius Valla non ad verbum transtulit, tamen eius interpretatio satis cum exemplo Graeco consentit. quis igitur est ille auctor, quem Valla Nicephorum, Wegelinus Gregorium 'aneponymum' nominavit? coniungas quaequo haec duo nomina et Nicephorum Gregorium legas vel potius Nicephorum Gregoram. ille scriptor Byzantinus, qui annis 1295.—1360. floruit, hoc breve compendium philosophiae composuit. atque in

1. cod. Monac. Graec. 499 saec. XV

olim Augustano, quo Wegelinus usus est, fol. 264<sup>v</sup> ita inscriptum est: *Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας γρηγορίῳ πονηθὲν τοῖς φιλομαθέσι τῶν εὔσεβῶν.* eodem cum titulo legitur in

2. cod. Monac. Graec. 384 saec. XV

3. " " " 545 " XV

4. " Paris. " 2992 " XVI

5. " Vindob. Phil. Graec. 174

hoc in codice breviter inscriptum est: *Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας.* totum quidem Nicephori Gregorae nomen in codicibus huic opusculo praefixum non inveni. Fabricius autem (Bibl. Graec. VII 635) inter libros a Nicephoro Gregora scriptos opus quoddam cum titulo *Σύνταγμα συνοπτικὸν φιλοσοφίας* commemoravit et catalogum bibliothecae Vaticanae, a Morellio confectum

typisque nondum expressum, 'qui in bibliotheca regia asservatur', testem attulit. quamquam dubiam rem esse arbitratus caute addidit: 'non liquet an sit Nicephori Gregorae'. verum etiam in codice Scoriaceo X—I—16, indice librorum manuscriptorum ante illud incendium (a. 1671) in bibliotheca Escorialensi asservatorum, quem Nicolaus de la Torre diligenter composuit, numero 291 'Syntagma philosophique de Nicéphore Grégoras' commemoratum legimus. praeterea astrolabium illud, quod una cum hoc opere Georgius Valla edidit, Nicephori Gregorae esse constat. quae autem ratio intercedat inter hoc opus Nicephori Gregorae et epitomen logices a Blemmyda nostro scriptam aliis ad disserendum relinquimus.

b. Epitome physica.

Epitome logica finita Blemmydes brevi post<sup>1)</sup> circa annum 1252. physicam capitibus duobus et triginta distributam addidit. nam postquam leges cogitandi demonstravit, cum res divinas, ad quas adhibenda eae erant, describere necessarium non esset, reliquum habuit ut ea exponeret, quae in mundo oculis videntur. haec enim ut alii Byzantini et Blemmydes physica dixit, origines vero rerum et modos legesque nascendi aut silentio praeteriit aut breviter tractavit. dolemus sane, quod perscrutari non potuimus, quantum Blemmydes in hoc libro componendo vetustiores scriptores secutus sit, quantum ipse adiecerit. facile autem cognoscitur hanc epitomen physicam ratione ac scientia scriptam esse neque ullo modo fabulas illas attingere, quae physiologo qui vocatur tractari solent. neque ob eam causam hic liber dignus est qui legatur, quod inde nova quaedam discere possimus, sed quod testimonio nobis est quantum in hac parte scientiae homines illius aetatis effecerint. nam quae eius aequales sciebant Blemmydes certe non ignoravit. pater enim me-

dicus fuerat et filius ipse complures per annos non solum de rerum natura quaesiverat sed etiam medicinam exercuerat.<sup>1)</sup> praeterea in mathematicis rudis non fuit et ut rationes Chaldaicas contempsit ita diligens et peritus coeli siderumque fuit spectator.<sup>2)</sup>

Itaque hoc in libro Blemmydes, postquam naturalia principia et causas exposuit notionesque temporis ac spatii disseruit, elementa et quae in rerum natura fiunt accurate pertractavit; deinde extremo in libro partem quandam interpretationis posuit, quam in psalmum octavum antea scripserat (cf. p. LXXXIX sq.). toto igitur mundo descripto auctor modeste deum adorare voluit.

Etiam hoc opus iterum atque iterum perfectum et saepissime transscriptum est. cuius rei testimonii causa omnes huius libri codices manuscriptos, quos quidem cognoverim, hic infra enumerentur, quamquam multi eorum, qui eidem epitomen logicam includunt, iam supra commemorati sunt.

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (v. p. XXVI)
2. " " " 516 " XIV
3. " " " 543 " XV
4. " Dresd. " 532 " XVI
5. " Vindob. Phil. Graec. 99
6. " " " " 332
7. " Mosq. Graec. 445 saec. XVII
8. " " " 494 " XV
9. " " " 495 " XV
10. " " " 496 " XV
11. " Athous " 3288 " XVIII
12. " Patmiac. " 406 " XVIII
13. " Athen. " 475 " XVI
14. " " " 1296 " XVI
15. " Neapol. " (bibl. S. Ioannis de Carbonaria, Montf. Diar. Ital. 310)

<sup>1)</sup> v. infra 87.

<sup>1)</sup> v. infra 3 cf. p. XII. <sup>2)</sup> v. infra 5.

16. cod. Borbon. Graec. III D 14 saec. XV  
 17. " " III E 27 " XV  
 18. " Laur. " plut. LXXI 8 saec. XV  
 19. " " LXXXVII 16 saec. XIII?  
 20. " Taur. " 261c I 15 saec. XVI  
 21. " " 262c I 16 " XVI  
 22. " Marc. " 264 " XIV  
 23. " " 333 " XV  
 24. " " 528 " XIV  
 25. " Matri. " 59 " XIV/XV  
 26. " Scor. " Y—III—22 " XV  
 27. " " Φ—II—7 " XVI  
 28. " " X—I—10 " XV  
 29. " " Ω—IV—31 " XVI  
 30. " Paris. " 1998 " XVI  
 31. " " 1999 " XVI  
 32. " " 2000 " XVI  
 33. " " 2001 " XVI  
 34. " " 2099 " XVI  
 35. " " 2100 " XVI  
 36. " " 2101 " XVI  
 37. " " suppl. gr. 238 " XV  
 38. " " " 524 " XVI  
 39. " Oxon. Graec. coll. B. Mar. Magd. 16 saec. XIV  
 40. " Barocc. Graec. 94 saec. XV  
 41. " " 106 " XV  
 42. " " 133 " XIV

praeterea ut nonnulla capita epitomes logicae ita partes quae-dam physicae separatim traditae sunt, velut caput XXIV.

- cod. Paris. Graec. 1999 saec. XVI  
 " " 2099 " XVI  
 43. " Athoo " 2108 " XVIII  
 44. " " 3758 " XVI  
 capita XXIV.—XXIX.  
 45. cod. Monac. Graec. 265 saec. XVI  
 capita XXIV.—XXXI.

cod. Paris. Graec. 2100 saec. XVI  
 capita XXVI.—XXVII.

46. cod. Ottobon. 418 saec. XV/XVI  
 caput XXX.

47. cod. Vindob. Phil. Graec. 110  
 caput XXXI.  
 cod. Paris. Graec. 2099 saec. XVI

Priusquam textus Graecus integer in publicum editus esset, pars eius cum versione Latina Blemmydae nomine praetermissis typis expressa erat. inter opera enim Ioannis Damasceni (Parisiis 1603) Iacobus Billius p. 399—419 Physica capitibus septendecim divisa ediderat, quorum non-nisi caput primum Damasceni, reliqua sedecim Blemmydae esse iam Wegelinus recte cognovit.<sup>1)</sup> ea quae sint haec tabula demonstret.

Pseudo-Dam. capp. II—XIV = Blemm. capp. I—XIII  
 " " cap. XV = " cap. XX  
 " " capp. XVI—XVII = " capp. XVIII—XIX

hic error Iacobo Billio tribuendus eo videtur ortus esse, quod in codice ab hoc viro docto in Damasceni libris edendis adhibito muto operi Blemmydae caput tricesimum sextum dialecticae a Ioanne Damasceno scriptae anteposatum erat.

Praeterea idem Georgius Valla, quem compendium illud Nicephori Gregorae Latine versum edidisse supra vidimus, hanc epitomen physicam Blemmydae primus in occidente notam fecit. sed cum illius libri auctoris saltem praenomen reliquisset, hunc se ipsum composuisse simulare non veritus est. inter eius enim opera (Venetiis 1501, tom. I libb. XX—XXIII) physiologia quattuor libris divisa exstat, quorum tertius et quartus nihil aliud sunt nisi interpretatio Latina epitomes physicae a nostro auctore scriptae. nihil sane ex suo addidit, nam quod Wegelinus dixit eum

<sup>1)</sup> Migne l. c. 1019/20.

duo capita de cometis et de coelo ipsum composuisse<sup>1)</sup>, ne hoc quidem concedi potest. quantopere enim Blemmydae opus et interpretatio Vallae consentiant hic videoas

ed. Lat. Georg. Vallae  
physiolog. lib. III

capp. I—II

capp. III—XXIV

lib. IV (capp. I—VIII)

ed. Graec. Wegelini

cap. I

capp. II—XXIII

capp. XXIV—XXXI

hunc in modum Georgius Valla physiologiam, quam suam esse mentitus est, composuit, ultimum Blemmydae libri caput, quo explicatio psalmi octavi continetur, prudenter omisit. habemus igitur praeclarum exemplum, quanti viri docti illius aetatis in eis quae aliorum sunt respiendi iustitiam ac veritatem ficerint. nec dubito, quin Georgius Valla non solus is fuerit, qui piratarum modo in litteris versatus sit, sed pretio dignum mihi videtur perpetuate et constantia quaerere, quantum eorum, quae Byzantinorum hominum doctorum diligentia orta sunt, operibus Italorum illorum clam insertum sit. fortasse non paucae illius gregis splendidiae aves vellendae earumque plumae pulcherrimae eis reddendae sunt, quae quia implumes credebantur usque adhuc semper ludibrio fuere. fortasse etiam apparebit illis temporibus viros doctos tantum a nepotibus Byzantinis didicisse, quantum poetae debent eorum maioribus praeclarissimis.<sup>2)</sup>

Primum hic liber Blemmydae a Wegelino, qui duos codices adhibuit (num. 3 et 4 indicis nostri), Graece cum hoc titulo editus est: Nicephori Blemmydae Epitome physica. Aug. Vindel. 1605. Anno insequenti idem versionem Latinam addidit, quae una cum praefationibus et textu Graeco apud Migne, Patrol. Graec. tom. 142, 1005—1320 iterum typis mandata est. editio Lipsiensis (cf. p. LI) viros doctos omnino fere effugit.

<sup>1)</sup> Migne l. c. 1017/18. <sup>2)</sup> cf. K. Wotke, Über den Einfluss der byz. Litteratur auf die älteren Humanisten Italiens. Verh. d. 42. Phil.-Vers. (Leipzig 1894) p. 290—93.

## XI.

## DE LIBRIS ΠΕΡΙ ΦΤΧΗΣ ΕΤ ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ.

Mense Martio anni 1263.<sup>1)</sup> Nicephorus Blemmydes librum confecit, quem περὶ ψυχῆς inscripsit. voluntate monachorum suorum eum hoc opus suscepisse prooemio satis appetat. ubique Aristotelem, quem saepius laudavit, ducem secutus primum originem vocis ψυχῆς declaravit, deinde de ratione, quae inter animam et corpus intercedat, postea de variis facultatibus animae, quas tres esse arbitratur, Θρεπτικήν, αὐξητικήν, Θυμητικήν, tum de animis bestiarum, postremo accuratissime de anima humana disseruit. varias vires ei inesse velut Θυμικόν, ἐπιθυμητικόν, φαντασίαν, μνήμην, διάνοιαν, δόξαν, αἴσθησιν, alias. praeterea, id quod medii aevi proprium est, qua ratione quattuor elementa cum anima humana coniuncta essent, copiosius exposuit et ad finem libri de immortalitate animae et de ultimo dei iudicio locutus est. itaque in exitu libelli ut pie et probe viverent suos admonuit.

Compluribus codicibus manuscriptis hic liber traditus est,

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (v. p. XXVII)
2. „ Lugd. Voss. Graec. 69 saec. XVI
3. „ Barocc. „ 133 „ XIV
4. „ „ „ 212 „ XVI
5. „ Paris. „ 1999 „ XVI
6. „ Scoriac. „ Φ—II—7 saec. XVI
7. „ Reg. Suec. et Pii PP II Graec. 164 saec. XVI
8. „ Taur. Graec. 331c II 34 saec. XVI
9. „ Marc. „ 333 saec. XV
10. „ Athen. „ 375 „ XIII?
11. „ Patm. „ 378 „ XVI
12. „ „ „ 406 „ XVII

typis expressum hoc opuscolum in editione illa Lipsiensi legitur (cf. p. LI).

<sup>1)</sup> cf. inscriptionem cod. Monac. Gr. 225 fol. 257<sup>r</sup> (p. XXVII).

Huic libro alter, qui *περὶ σώματος* dicitur, adiungendus est, nam his verbis incipit: *Περὶ ψυχῆς εἰρηνεῖναι φθάσαντες πρότερον οὐτι.* qui ordo librorum etiam in codicibus manuscriptis observatus in editione Lipsiensi, ubi opusculum *περὶ σώματος* priorem locum obtinet, ob eam causam diversus factus esse videtur, quod in codice ibi addito prooemium huius libelli excidit. qui quo tempore scriptus sit haud ita difficile est ad reperiendum. nam cum post illum, qui *περὶ ψυχῆς* inscribitur, et secundum titulum codice Monacensi 225 fol. 262<sup>r</sup> (cf. p. XXVII) traditum inductione decima compositus sit, anno 1267. eum scriptum esse colligamus necesse est. atque hoc opere auctor, postquam iam in compendio physico saepius ut consaneum de corpore dixit, philosophus ea exposuit, quae cum medicinam exercebat usum expertus erat. ac primum quidem *τὰς σωματικὰς ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα* pertractavit et quid quattuor elementis et quattuor anni spatiis commune esset enarravit, deinde perturbationes, quas corpora morbis patiuntur, earumque remedia enumeravit, postremo quantum consuetudines hominum ad valetudinem afferrent, prudentissime exposuit. nec pauca de cibis, plura de quattuor gradibus aegrotandi et convalescendi, plurima de febribus diebusque crisimis attulit. haec quidem astroligiam attingunt, quam Blemmydes alibi irrisit atque contempsit.<sup>1)</sup> eiusdem generis ea sunt, quae de ratione valetudinis humanae et siderum coelestium exposuit, quorum de natura accuratius locutus est.

Hoc opusculum, quod in eadem editione Lipsiensi typis expressum est, his duobus codicibus asservatur:

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (v. p. XXVII)
2. „ Patmiac. „ 378 „ XVI

<sup>1)</sup> v. infra 5.

## XII.

## DE LIBRIS MEDICIS.

Ut multa quidem dei Blemmydae praebuerunt, doctrinam et scientiam amplissimam, ingenium acutum, assiduitatem atque impigritatem, ita ad artem musicam et aures et mentem omnino fere ei clauerunt. quare musice semper ab eo aliena fuit et difficile est iudicatu, utrum ideo tam parvi eam duxerit, ut apta ei videretur ad homines prohibendos ne somno vincirentur, quod omnes delectationes vitae amoenitatesque odit atque contempsit, an ob eam causam tanto taedio earum impletus fuerit, quia musae nascentem eum non circumsteterant. iam supra enim illo Dionysii Periegetae carmine omnem splendorem poeticum eum penitus deteruisse vidimus. pariter carminibus ecclesiasticis, summo illo Byzantinorum et vere immortali decore, sola mente, non anima motus esse videtur. magnifici enim illi rhythm et moduli nihil sane apud eum valuerunt, nisi quod verba eo facilis memoriae infigi possent. quare mirum non est eum sine reverentia eis usum esse ad res quaslibet infundendas, si quae memoria dignae ei visae erant. solus quidem noster talia non fecit. sed quamquam multi ante eum musarum donis abusi has illasque res rhythmis carminum ecclesiasticorum descripserant, tamen res medicas Blemmydes primus et ni fallimur solus hunc in modum exposuit.

Eius enim nomine quattuor opuscula medica partim soluta partim vincta oratione scripta significata sunt<sup>1)</sup>, quorum canon de urinis qui vocatur praecipue memorabilis est. tamen adhuc diiudicatum non habemus, num vera Blemmydes ea confecerit. Pitra enim, qui primus hanc quaestionem disseruit, inter alia haec scripsit<sup>2)</sup>: ‘eo usque insanuere, ut putidum de urinis canonem quendam ubivis exscripserint, qua de re adeo mirabundi, ut nunc

<sup>1)</sup> Fabricius, Bibl. Gr. VII 670      <sup>2)</sup> Pitra, Analecta sacra I (1876) 441. cf. K. Krumbacher l. c. 326.

Matthaeo illi Blastari, nunc Planudae, nunc Nicephoro Blemmydae, nunc demum Photio (teste Naniano cod. 247) lurida illa ascribere ausi fuerint,<sup>7</sup> quos testes secutus Pitra Matthaeo Blastari, qui saeculo XIV floruit<sup>1</sup>), hoc opusculum attribuere voluerit, equidem nescio, nam in codicibus tale quoddam non repperi. quamobrem de Blastare virum illum doctissimum pariter erravisse existimo atque de Photio patriarcha. codice enim Naniano 247, nunc Marc. Graec. 13 class. V, opusculum quoddam de urinis traditum quidem est, hunc tamen titulum exhibit, quem C. Castellani comitate solita mihi exscripsit: fol. 13<sup>r</sup>sq: περὶ οὐρῶν πραγματεία ἀρίστη τοῦ σοφωτάτου παρὸ μὲν ἵνδοις ἀλλῆ, παρ’ ἵταλοῖς δὲ ἀβιτζιάνον. περὶ τοῦ ἐπιπολάζοντος ὄντος. inc. τὸ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κτλ. Avicenna igitur ille, non Photius huius operis auctor est, quod praeterea ab illo Blemmydae nomine tradito multum differt. quae cum ita sint hoc tantum ad diiudicandum relinquitur, utrum canon ille de urinis a Blemmyda an a Planude compositus sit. difficilior autem et gravior res eo fit, quod alia quaedam scripta medica accedunt, quae utriusque auctoris nominibus inscripta sunt. in codice enim Vindob. Med. Graec. 45 saec. XIV haec opuscula exstant.

fol. 29<sup>r</sup>: τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ νικηφόρου τοῦ βλεμύλδου εἴδησις τῶν ἱατρικῶν μέτρων, καὶ κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας τῶν ἀσθενῶν, καὶ κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν ὑελίων τῶν δεκατριῶν, τῶν θεωρουμένων ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀσθενίαις, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὰς διαγνώσεις καὶ θεραπείας ἀντῶν πάνυ ἀναγκαιότατα.

1. fol. 29<sup>r</sup>—29<sup>v</sup> (titulus deest): τῶν ἱατρικῶν μέτρων εἰσὶ ταῦτα κτλ.

2. fol. 29<sup>v</sup> (titulus deest): ἥχος β'. ὅτε ἐκ τοῦ ἔνδον σὲ. inc. μάθε καὶ τὰ αἷματα κτλ. continet tres strophas.

expl. fol. 30<sup>r</sup>: ἀποσήψεως ἐγένετο. infra haec leguntur: Χρῶμα φοινικοῦ τὸ ἐσχηκός αἷμα ἀφοβίαν μὲν ἔχει, μακρονοσίαν δέ. — "Εμαθες τὰ αἷματα ὡς ἐν συντόμῳ.

λοιπὸν ἀγωνίζου καὶ σπούδαζε καὶ φίλει τὸν πόνους, δίωξον τὸν ὕπνον δὲ καὶ ἁσθμαίαν αἰσχρὰν καὶ σέβον τὸν θεόν, τρέμε κρίσιν, βίσον ἀμέμπτως, μιμνήσκου ταῦτα καὶ βλεμίδους τοῦ ποιήσαντος.

3. a. fol. 30<sup>v</sup> (titulus deest): ἥχος α'. τῶν οὐρανίων ταγμάτων.

inc.: τῶν ἀσθενῶν ὑελία κτλ. continet tres strophas.

expl.: τὴν διάγνωσιν.

b. sequitur deinde canon octo odarum: ὁ κανών. ὠδὴ α'. ἐν βυθῷ κατέστρωσας.

inc.: τὸ λευκὸν κτλ. expl. fol. 34<sup>v</sup>.

c. fol. 34<sup>v</sup>: ἐξαποστειλάριον. ὁ οὐρανόν.

inc.: τὸ γαλακτῶδες κτλ.

expl. fol. 35<sup>r</sup>: Θανάτου σημεῖον ἴσθι.

4. fol. 35<sup>r</sup>: ἔτερον τοῦ αὐτοῦ βλεμμίδου περὶ ἱατρικῆς διδασκαλίας. πρὸς πόνου ἡμικράνου. inc.: κοπάνισον ψυχὰς ἄρτου κτλ.

expl. fol. 84<sup>v</sup>: εἰς τὸν αἰῶνας τῶν αἰώνων.

quattuor igitur opuscula medica nostri auctoris nomine inscripta hoc codice tradita habemus, quorum primum et quartum oratione soluta, secundum et tertium vincta composta sunt. haec duo ordine mutato etiam aliis codicibus asservantur. ac primum quidem in codice Vindob. Med. Graec. 32 saec. XV haec legimus:

3. fol. 35<sup>v</sup>: περὶ οὐρῶν ποίημα τοῦ λογιωτάτου καὶ σοφωτάτου βλεμμίδους.

a. καταβασία. ἥχος ἀ. τῶν οὐρανίων ταγμάτων.

inc.: τῶν ἀσθενῶν ὑελία κτλ. continet tres strophas.

expl.: τὴν διάγνωσιν.

b. fol. 36<sup>r</sup>: ἐνταῦθα σκόπει τὰ αὐτοῦ ποιήματα κατὰ στιχηρά, ἔχοντα καὶ κανῶνα. ὠδὴ ἀ. ἥχος β'. ἐν βυθῷ κατέστρωσας.

inc.: τὸ λευκὸν κτλ. expl. fol. 37<sup>v</sup>.

c. ibid.: ἐξαποστειλάριον. ὁ οὐρανὸν τὸν.

inc.: τὸ γαλακτῶδες.

expl.: Θανάτου ἔχει σημεῖον.

2. ibid.: τοῦ αὐτοῦ περὶ αἵματων καταβασία. ἡχος  
β'. ὅτε ἐκ τοῦ ξύλου σὲ.

inc.: μάθε καὶ τὰ αἷματα κτλ. continet tres strophas.

expl.: ἀποσήψεως. infra haec leguntur: Χρῶμα φοινικοῦν τὸ ἐσχηκός αἷμα ἀφοβίαν μὲν ἔχει (v. supra)..... καὶ βλεμμίδους τοῦ ποιήσαντος.

eadem carmina medica eodem ordine servato nonnullis quoque aliis codicibus tradita sunt, velut Paris. Graec. 2303 saec. XV et Paris. suppl. grec 629 s. XIX: uno codice Vindob. Theol. Graec. 245 saec. XV/XVI fol. 312<sup>r</sup> hic titulus praebetur: Διάγνωσις ὑελίων τοῦ οὔρου περὶ τε χρώματος καὶ ὑποστάσεως αὐτῶν καὶ αἰτίας ὅθεν συνέβη καὶ ἐφεξῆς θεραπείας αὐτῶν, ἐκτεθεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ μαξίμου μοναχοῦ τοῦ πλανούδη. post carmina ipsa eadem verba reperis, quae supra annotavimus, praeterquam quod ultima haec sunt: μιμησκον τούτων καὶ ἐμοῦ τοῦ ὑπομνήσαντος.

Duabus igitur classibus diversis hi codices assignandi sunt, quarum altera omnia quattuor, altera illa duo opuscula versibus rhythmicis scripta complectitur. quamobrem cum etiam in plurimis huius classis codicibus nomen Blemmydae cum his libellis medicis coniungatur et codex ille, quo omnia quattuor continentur, aetate alios duos superet, non dubitamus, quin Blemmydes noster re vera haec quattuor opuscula confecerit. eodem aliis causis adducimur. Maximus enim Planudes<sup>1)</sup>, quamvis in pluribus litterarum disciplinis more aetatis sua versaretur, neque res medicas quantum scimus unquam enarravit neque rhythmos ecclesiasticos vel imitari vel ipse pangere conatus est. Blemmydes contra, ut infra accuratius demonstrabitur (cf. p. XCIV sq.), saepius carmina ecclesiastica ad rhythmos vetustiores condidit nec solum per septem annos in medicinae studium incubuit, sed etiam publice eam exercuit (cf. p. XIII). quare mirum non est, quod medica quoque nonnulla, quoniam quaecumque mentem occupabant calamo confidere sole-

<sup>1)</sup> K. Krumbacher l. c. 248 sq.

bat, in usum discipulorum suorum conscripsit. et ipse narravit<sup>1)</sup> se, postquam Prodromi scholam frequentare desiisset, λόγους ἀσκληπιαδείους composuisse (cf. p. XII).

## XIII.

## DE EXPLICATIONE PSALTERII.

Postquam rhythmorum carminum ecclesiasticorum Blemmydam gnarum fuisse vidimus, nunc reliquum est, ut demonstremus eosdem non solum in rebus alienis scribendis sed in ipsis poematis sacris pangendis eum adhibuisse. priusquam autem eo progrediamur, de explicatione psalterii, quam noster veterum scriptorum exemplum secutus composuit, breviter nobis dicendum est. totum enim librum psalmorum una cum novem illis canticis sacris<sup>2)</sup> Blemmydes enarravit. atque in plurimis codicibus manuscriptis is ordo observatur, ut medio in folio psalmi ipsi, in marginibus enarrationes versiculorum singularum legantur. quae ab aliis eius generis haud ita diversae sunt, nam ut vitam probam degant fidemque rectam servent lectores eis admonentur. inscriptae eae sunt vel Σχόλια εἰς τὴν δαβιτικὴν βίβλον vel Ἐξηγημένον ψαλτήριον et his codicibus asservantur:

1. cod. Vindob. Theol. Graec. 66
2. " " " " 304
3. " Taur. Graec. 105c IV 25 saec. XVI
4. " Paris. " 150 saec. XVI
5. " suppl. grec 602 saec. XVII
6. " Coisl. Graec. 102 saec. XVI
7. " Oxon. bibl. Canon. Graec. 104 saec. XVI
8. " Athoo Graec. 725 saec. XVII
9. " Hierosolym. Graec. I 279 saec. XVII
10. " Sinait. Graec. 79 saec. XVII

<sup>1)</sup> v. infra 6. <sup>2)</sup> cf. W. Christ, Anthol. Gr. carm. eccles. Lipsiae 1871. LXIII.

explicatio novem canticorum sacrorum praeterea legitur in

11. cod. Coisl. Graec. 208, 2 saec. XVI

prooemium totius operis a reliqua parte separatum traditur

12. cod. Taur. Graec. 135c IV 27 saec. XIV

13. " Veron. " 122 saec. XIV

14. " " 123 " XVI

15. " " 124 " XVIII

16. " Athen. " 1391 " XVIII

Hoc prooemium (Migne Patrol. Graec. 142, 1321A — 1326C) pae ceteris libri partibus summa observatione dignum est, nam Blemmydes de origine psalterii, de arte cantandi temporibus antiquissimis usitata, de diversis interpretationibus Graecis clare et distincte disseruit. tamen hoc opusculum a nullo usque adhuc viro docto respectum video, quamvis cognitio nostra de carminibus ecclesiasticis varia ratione inde augeri possit. nam de origine vocis ἀναβαθμοῦ, ut exemplum afferam, Blemmydes sententiam novam exposuit, quam ne a Guilelmo Christ<sup>1)</sup> quidem, investigatore carminum ecclesiasticorum Byzantinorum praeclarissimo, commemoratam inveni.

Hanc explicationem psalterii quo tempore Blemmydes composuerit, omni dubio vacui dijudicare non possumus. certe vero prioribus vitae annis eam scripsit, nam postea, ut supra videbimus, cum coenobio suo praeesset, iterum psalmos enarravit. praeterea autem hoc opus in codice Athoo 725 hoc titulo inscriptum est: Ψαλτήριον ἐξηγημένον παρὰ ἀρχοντος κυρίου(?) Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδους τοῦ Θεολόγου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. haec μεγάλη ἐκκλησία ecclesia est Constantinopolitana, quam urbe capta Nicaeam translatam esse supra demonstravimus (cf. p. XIII). fortasse igitur Blemmydes, qui intra annos 1224.—1233. inter clericos illius ecclesiae fuit, hunc librum illo spatio temporis composuit.

<sup>1)</sup> Christ l. c. LVII de voce ἀναβαθμοῦ.

Postea cum monasterium suum, quod θεοῦ τοῦ ὄντος sacram esse voluerat, administrare coepisset (a. 1248.), voluntate monachorum suorum et adolescentium scholae suaes instruendorum causa explanationem alteram confecit non omnium quidem psalmorum sed primorum decem, quarti decimi, quinquagesimi, octogesimi tertii. cuius operis in prooemio (Migne l. c. 1326 CD) haec scripsit: διὰ τοῦτο τοῖς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὄντος ἡμεῖς χαριζόμενοι καὶ τὴν τῶν ἡμῶν παιδαγωγούμενων οὐκ ἀποπέμποντες αἴτησιν πρὸς τὸν τοιοῦτον σκοπὸν ἀπείδομεν. καὶ μὲν σαφηνείας ὡς οἶόν τε καὶ βραχυλογίας ὑπόμνησιν μερικὴν ἐν τισι τῶν ψαλμῶν ποιήσασθαι προεθέμεθα· τὰ πολλὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν πρὸς ἡμῶν ἐξηγήσεως τῆς ἀφθονωτάτης ἔρανιζόμενοι· σπανίως δὲ καὶ ἡμέτερα<sup>1)</sup> τινα πενιχρὰ συντιθέμενοι· καὶ ὅ γε τὴν ἀρχαιοτέραν ἐξήγησιν ἐπελθὼν λυσιτελές δὲ τοῦτο καὶ χρησιμώτατον εἴσεται πάντως καὶ εἰ̄ τί που καινότερον παρ' ἡμῶν εἰσενήνεκται.

Primum igitur hae duae explanationes id differunt, quod secunda non omnes psalmi pertractati sunt. praeterea autem diversa ratione explicandi auctor usus est, nam illa ab homine in rebus divinis versato, haec a quodam philosophiae et naturae perito videtur esse composita. exempli causa commemoramus ea, quae auctor capitibus XXXV. et XXXVI. compendii logici exposuerat, in primi psalmi enarratione repetita itemque ea, quae in octavo psalmo declarando scripserat, iterum extremae parti compendii physici adiecta esse. quae cum ita sint, veri simile putamus hanc psalmorum enarrationem post compendium logicum et ante compendium physicum a Blemmyda circa annum 1252. confectam esse.<sup>2)</sup> logica igitur et physica cum monachos suos docere vellet Blemmydes libris sacris usus est, qui praeter Homeri carmina omnis eruditionis fundamentum habebantur.

Hic liber, qui Ἐξήγησις εἰ̄ς τινας τῶν ψαλμῶν inscriptus est, in duobus codicibus legitur

<sup>1)</sup> nisi forte ἐτερά scribendum. <sup>2)</sup> v. infra 18, 21 sq.

1. cod. Monac. Graec. 225 saec. XIV (cf. p. XXVII)
2. „ Paris. „ 810 „ XVI

praeterea pars quaedam enarrationis psalmi octavi repetitur in

3. cod. Scor. Graec. Φ—III—11 saec. XIV/XV

Neutra psalmorum enarratio integra edita est, utriusque pars quaedam apud Migne Patrol. Gr. 142, 1321—1622 typis expressa est. ‘ex tribus’ inquit qui edidit (ibid. 1321/22) ‘codd. Gr. Paris. Reg. 150, 810 et Coislin. 102 nunc primum edita’. cum autem non vidisset aut neglexisset diversa opera illis libris manuscriptis inesse, in psalmis I—X edendis codice Parisino 810, i. e. maiore enarratione, in ceteris minore usus est. atque primum locum illi prooemio explicationis omnium psalmorum tribuit, quod supra commemoravimus (Migne l. c. 1321A—26C), deinde praefationem alterius operis addidit, quae incipit: ‘*H τῶν ψαλμῶν ἐξήγησις* (1326CD), tum decem primorum psalmorum copiosorem declarationem adiecit (1326D—1376B), postremo in reliquis edendis breviorem librum adhibuit (1376B—1622A).

Praeterea Blemmydes illo loco autobiographiae, ubi de ceteris studiis suis et libris nonnulla narravit, haec quoque tradidit (p. 87): *ψαλμούς τινας οὐχ ὡς ἐξ ἑτέρου λεγομένους ἀλλ’ ὡς ἐκ τῶν ἀδόντων αὐτοὺς ἐξηγούμεθα, στήλας ὑμνητηρίους, χαριστηρίους, ἱκεσίους τῷ κυρίῳ μὴ σιγώσας ἐγείρομεν.* quae verba quamvis difficilia sint ad interpretandum, tamen non dubito, quin psalmorum enarrationes in poeticos numeros redactae hymnisque conceptae donotatae sint et cum voce illa ὑμνητηρίους ceterisque *ψαλμούς* simul audiatur oporteat. vetustiorem enim omnium psalmorum explicationem Blemmydam his verbis non significasse eo perspicuum est, quod et *ψαλμούς τινας* dixit et toto loco studia commemoravit, quibus post annum 1250. senectute ineunte se dedidit, et ad illam alteram paucorum psalmorum explanationem haec verba non pertinere eo colligimus, quod ad adoles-

scentes docendos destinata ea in ecclesia adhiberi non poterat. sed hymnos auctor dixit, qui, dum sacra fierent, vel inter vel post psalmos ipsos recitatos declamarentur. incertum quidem relinquendum est, utrum sonorum varietate neglecta numerisque solis observatis, quoniam monachos suos canere veterat (cf. p. 98), hymnos in ecclesia pronuntiari an re vera secundum modulos certos cantari voluerit; nam illam vocem *λεγομένους* verbo dicendos interpretari necessarium non videtur.

Atque in pluribus codicibus opus quoddam Blemmydae cum titulo ἐκλογὴ ἐκ τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν nobis traditum est seu ἐκλογὴ ἐκ τῆς προφηταναποδιδακτικῆς βίβλου συλλεγεῖσα καὶ τεθεῖσα ἀρμοζόντως seu ἐκλογὴ συλλεγεῖσα ἐκ τῆς δαβιτικῆς βίβλου καὶ τεθεῖσα ἀρμοζόντως ἐκάστη ἑορτῇ seu ἐκλογὴ συλλεγεῖσα. . . . ψαλλομένη εἰς τὰς τοῦ ὄλου χρόνου (sc. ἑορτάς). itemque cum hoc libro certe non eadem contineantur, quae illis duabus explanationibus insunt, a veritate non aberrare nobis videmur, cum Blemmydam nonnullos vel complures hymnos composuisse arbitramur diebus festis anni recitandos, qui ad singulos psalmorum versus pertinent. atque haec nostra sententia eo confirmari videtur, quod in uno codice hoc opus ita inscriptum est: ἐκλογὴ στίχων ἐκ τοῦ ψαλτῆρος. assertatur autem hic liber hodie his codicibus:

1. cod. Hierosolym. Graec. I	404	saec. XIV
2. „	II 553	XVIII
3. „ Athen.	857	XIV
4. „ Athoo	166	XVIII
5. „	989	XVIII
6. „	1688	XVI
7. „	1703	XVII
8. „	1714	XVII
9. „	1723	XVI
10. „	2896	XIX
11. „	3091	XVII
12. „	4026	XVII
13. „	4029	XVII

solius igitur ut consentaneum ecclesiae Graecae monachos et sacerdotes ad hoc opus animos advertisse videamus, nam ne unus quidem codex bibliothecis occidentibus asservatur. simul autem cognoscimus etiam haec Blemmydae carmina usque ad nostra tempore apud Graecos in usu fuisse. sed pluris ea aestimanda sunt, quae noster sua mente panxit.

## XIV.

## DE CARMINIBUS.

Transimus nunc ad ea opera, ex quibus intellegitur Blemmydam non solum inter viros doctos aetatis suaē palmam tulisse, sed etiam inter poetas nonnihil valuisse. quamquam enim ea quoque scripta, quae modo commemoravimus, testimonio nobis sunt Blemmydam in arte poetica versatum esse, tamen quantum in ea potuerit noster clarius compluribus aliis carminibus cognoscitur, quae a fortuna benigna nobis servata nunc primum typis expressa in publicum infra edidimus (p. 100—133). tamen in eis pertractandis id non spectavimus, ut quae Guilelmus Christ, Guilelmus Meyer aliique carminum christianorum medii aevi peritissimi de hac parte litterarum Byzantinorum plurimis difficultatibus referta docuerunt aut confirmaremus aut corrigeremus, sed hac opera aliis delegata id praecipue respeximus, ut imaginem Blemmydae nostri quantum possemus expressam depingeremus.

Atque primum quidem nonnulla carmina memoranda sunt, quae quod non legimus valde dolemus. clarissimo enim illo carmine matutino Αόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ κτλ. exemplo usus Blemmydes carmen panxit, quod verbis Σὺ χύριε μόνος ἀγαθός incipit et asservatur

1. cod. Mosq. Graec. 305 saec. XIV
2. „ Hierosolym. Graec. I 227 saec. XV
3. „ „ II 44 „ XVI
4. „ „ II 106 „ XVI

aliud autem carmen εἰς τὸν ἄναρχον Θεὸν καὶ πατέρα, cui hoc est initium: Λέσποτα παντοκράτορ δύπερ-άναρχος, legitur in

5. cod. Hierosolym. Graec. II 700 saec. XVIII
- et eadem aliaque nonnulla carmina inveniuntur in
6. cod. Athoo Graec. 2890 saec. XVII
7. „ Lincoln. „ 3 „ XVI
8. „ Britt. add. mss. Graec. 28821 saec. XVI

praeterea hoc in codice notae musicae additae sunt.

Compluria tamen nostri carmina ecclesiastica nos ipsi legimus et infra edidimus. quae communi vinculo coniuncta sunt, nam omnibus S. Gregorii Thaumaturgi laudes praedicantur, ut titulus ipse indicat: Ἀκολουθία εἰς τὸν ἄγιον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. itaque veri simile est Blemmydam haec carmina illo tempore panxisse, cum monasterio S. Gregorii Thaumaturgi sacro praeesset (a. 1240.—47.), et id spectavisse, ut ea die festo viri sancti, a. d. XV. Kal. Dec.<sup>1)</sup>, postquam vita eius recitata esset, a monachis aut cantarentur aut recitarentur. hoc enim non facile est ad diiudicandum. rectius autem ni fallimur iudices, si saltem auctore vivo haec carmina sine varietate sonorum pronuntiata esse existimaveris. constat enim eum et monachos coenobii sui canere vetuisse et ipsum novos numeros et sonos non invenisse, sed veteribus usum esse. atque haec sequentia carminum in laudem S. Gregorii uno cathismate, tribus carminibus quae στιχηρὰ vocantur, canone octo odarum, uno exapostelialio composita est. omnes porro canonis odae tres strophas quinorum versuum continent, quorum litterae initiales hanc acrostichida exhibent:

Ὥ οὐδιστε, μέγιστε πάτερ, Θείων ἀγορῆτα,  
ὅτι γε Νικηφόροι ταλαντάτου

<sup>1)</sup> A. Buttler, Leben und Werke der Märtyrer XVII (Mainz 1825) p. 31.

*ἀλαπαδνὸς τέκεν ἄσμα νόος, σὺ δέχοιο μλαρῶς,  
πήματος ἀμπλακίης ϕύεο δ' ὠντόν.*

numeros igitur carminis illius secutus, quod Joannes Damascenus in diem natalem Jesu Christi cecinerat, Blemmydes hunc canonem panxit, atque cantores, si modo cantabant, melodiis huius poematis usos esse eo efficitur, quod initia singularum stropharum canonis Ioannis Damasceni cum nota πρὸς τὸ singulis odis nostri canonis praefixa sunt. ante quartam autem odam πρὸς τὸ Γένους βροτείου legimus. quamobrem Guilelmus Christ id erravisse videtur, quod in Ioannis carminis editione quartae odae tres, tertiae quattuor strophas tribuit. ultimam enim huius odae stropham, quae verbis: *Γένους βροτείου* incipit, Blemmydes primam quartae odae stropham putavit nec veri simile est eum, qui quidem saepius hoc carmen cantatum audiverat, quid rectum esset oblitum esse vel neglexisse. praeterea duae strophae, id quod etiam ex primis secundae verbis *ἴσος προῆλθες κτλ.* intellegitur, tam arto vinculo sententiarum coniunctae sunt, ut disiungi diversisque odis tribui non debeant. ceterum ne ullam stropham interpolatam esse suspiceris acrostichis ab Ioanne Damasceno pariter adhibita obstaculo est. sed de hoc carmine infra plura dicemus. ultimum denique totius acoluthiae locum breve carmen eius generis obtinet, quod *ἔξαποστειλάριον* appellatur.

Recte quidem viri docti putaverunt saeculis posteris poetas certis carminibus liturgiae in perpetuum usum destinatis, quibus nova addere non licet, impeditos esse, ne nova poemata in ecclesia canenda pangerent. attamen nihil obstat, quominus in virum quendam sanctum etiam postea ut antea carmina conderentur, etiamsi fortasse solas in ecclesias ei sacras et diebus ab eo denominatis admitterentur. plurima vero hac parte adhuc in dubio sunt, et significationem ipsius vocabuli *ἄκολουθιας* pariter incognitam habemus. nam neque de numero neque de genere constat aequabilitatem carminum in acoluthiis semper observatam fuisse. etiam Christ, qui

*ἄκολουθιαν* 'systema quoddam precum et carminum certo quodam ordine sese excipientium' intellegi voluit<sup>1)</sup> ), ordinem ipsum accuratius non explicavit. atque res eo magis obscuratur, quod ne hoc quidem exploratum est, utrum haec Blemmydae acoluthia aliaeque eiusdem generis vera a poetis destinatae fuerint, ut in ecclesiis certis diebus inter sacra facienda cantarentur et ratione quadam cum solemnibus celebrandis coniungerentur, an cum carminibus ecclesiasticis nisi nomina et rhythmos nihil commune habuerint. Blemmydam quidem rhythmis poesis ecclesiasticae ad res alienas versibus pertractandas abuti non veritum esse iam supra vidimus (cf. p. LXXXV sq.). sed haec alii disserant. potius enim virorum doctorum oculos in has difficultates convertere quam ipsi de medio eas tollere voluimus.

Questi sunt quidam, quod poemata posteris medii aevi saeculis pancta rebus dogmaticis referta essent. talia quidem etiam in his Blemmydae carminibus saepissime reperi reperiri concedimus. attamen, dummodo ei qui pangebant, ne in controversias incidenter, prudenter evitarent, musae non habebant quod poetam desererent. nam infima et sanctissima fidei christiana mysteria verae poesis tam plena sunt, ut is, quem Melpomene nascentem placido lumine viderit, paeclarissima inde carmina semper haurire potuerit. quin etiam de rebus physicis Goethe noster poemata immortalia cecinit.

Benignamne igitur spiritus venam Blemmydae a natura datam esse existimamus? non ita. nam novos modos ipse non invenit, sed vetustiores quosdam imitatus est vel prorsus transscripsit. ad hoc e mente potius quam ex anima carmina profudisse videtur, nam formas magis quam sententias respexit et spiritu poetico non ita inflammatus quam rhythmorum antiquorum studio adductus non id imprimis egit, ut ad animi sensa numeros quam aptissimos applicaret, sed ut verba ita componeret, ne numeris

<sup>1)</sup> Anthol. LVII

BLEMMYDES, ed. Heisenberg.

verecundia quasi observatis ulla ratione repugnarent. quod ut recte iudicari posset codicibus provisum est, nam omnibus poematis initia stropharum, quas Blemmydes secutus est, more vetere praefixa sunt. ac primum quidem in illo carmine pangendo, quod *κάθισμα* inscripsit, ut rhythmos cantici incerti cuiusdam auctoris<sup>1)</sup> adhibuit, ita sententias et verba ipse invenit. secundum autem carmen non eadem modestia condidit, sed e cantu, quem Andreas quidam Pyrrhus<sup>2)</sup> in Petri et Pauli apostolorum laudes cecinerat<sup>3)</sup>, non solum rhythmos sed etiam fines et initia stropharum aliquantum variata transtulit. tertium deinde poema quantum Blemmydae sit exemplo nondum reperto nescimus, quartum in melismatis cuiusdam, quo S. Sabae gloria denuntiatur<sup>4)</sup>, rhythmos fictum nihil aliud nisi prima et ultima verba singularum stropharum inde traxit. totius acoluthiae medium atque praecipuum locum amplius carmen octo mela complectens obtinet, cui in codice Lugdunensi titulus *κανὼν ἰαμβικὸς πεντάστιχος* antepositus est. hoc in poemate pangendo inscriptionibus odarum singularum appareret Blemmydam exemplo usum esse illo canone iambico Ioannis Damasceni in diem natalem Iesu Christi, quem pariter ac duos alios eiusdem auctoris canones viri docti eximia prae ceteris animadversione dignum esse existimaverunt, quod inde demonstratum videbatur Ioannem Damascenum, quem constat semper fere regulas poeticas aetate sua usitatas secutum esse, interdum ad antiquum morem quantitatem syllabarum observandi revertisse. atque Blemmydes id quoque poetam illum clarissimum imitatus est, quod omnes versus acrostichide litterarum initialium concatenavit, qua nomen auctoris traditur. cum autem ille acrostichide, ni fallimur, poemate ipso prius composita coactus esset, ut quartae et septimae odae strophas singulas adiungeret, Blemmydes minuta quadam accuratione operam dedit, ut quot versus

<sup>1)</sup> Christ, Anthol. 60  
<sup>4)</sup> ibid. 74 sq.

<sup>2)</sup> ibid. XLII

<sup>3)</sup> ibid. 83

canone ne ulla quidem stropha aucto totidem litterae acrostichide continerentur.

*Κανὼν ἰαμβικὸς πεντάστιχος*, ut supra diximus, hoc poema Blemmydae pariter atque illud Ioannis inscriptum est. hi vero nostri auctoris versus ut dodecasyllabi ita non iambici sunt, nam discrimen longarum et brevium syllabarum minime observatum videmus. quamobrem ut satis appareat, quantum hac parte carmina non congruant, en primarum cuiusque primae odae stropharum iambica schemato antiquo more constructa.

Io. Dam. ὡδὴ ἀ, στρ. ἀ

υ Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι  
υ Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι  
υ Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι  
υ Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι  
- Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι

Bl. ὡδὴ ἀ, στρ. ἀ

- Ι υ Ο - Ι υ Ι - Ο υ Ι  
- Ι υ Ι - Ι υ Ο - Ι υ Ι  
υ Ι υ Ι - Ι υ Ι - Ι υ Ι  
υ Ι υ Ο - Ι υ Ι - Ο υ Ι  
υ Ο υ Ι - Ο υ Ι - Ι υ Ι

Ioannis versus vel ad severissimas veterum leges exactos non reprehenderis, neque enim usquam poeta brevem pro longa syllaba substituere ausus est. mirum quidem, quare omni varietate neglecta syllabas longas nunquam in duas breves solverit. Blemmydam autem nonne vides non minus quam septies contra leges metricas fecisse? non igitur nihil prorsus in versibus procudendis eum potuisse arbitremur necesse est? at cum alia poemata conderet, rhythmos multo difficiliores accurate et recte imitatus erat. an cantilenam illam iterum referamus Byzantinos posterorum saeculorum trimetros iambicos antiquo more compositos se legere opinatos esse, dummodo versus duodecim syllabas complecterentur? minime vero, immo prorsus ita censemus quaerendum esse, num illi tres Ioannis Damasceni canones re vera carmina iambica existimandi sint recteque Krumbacher haec iudicaverit<sup>1)</sup>: ‘Johannes ist der einzige Melode, der das Princip der Quantität für die Kirchenpoesie wieder aufnahm.’

<sup>1)</sup> l. c. 320.

Quicumque autem virorum doctorum hanc sententiam tulerunt, unum Suidam secuti sunt, qui de Ioanne Damasceno inter alia haec quoque tradidit: συγγράμματα αὐτοῦ πάνν πολλὰ καὶ μάλιστα φιλόσοφα, εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν παράλληλοι κατ' ἐκλογὴν καὶ οἱ ἀσματικοὶ κανόνες ιαμβικοί τε καὶ καταλογάδην. atque primum hoc καταλογάδην falsum esse nec quidquam aliud nisi scriptoris inscitiam inde probari artificiosorum carminum ecclesiasticorum rhythmorum parum gnari, iam diu inter viros doctos constitit. nonne igitur in dubium vocare licet, num de canonibus illis eadem levitate iudicaverit atque pariter per ignorantiam lapsus sit? prima quidem specie versus Ioannis metro iambico compositi esse videntur. quare autem Blemmydes unicuique odarum canonis sui initia stropharum respondentium carminis Ioannis quasi hirmorum loco anteposuit? qui quoniam id solum resperxit, ut carmina sua recitarentur vel legerentur, inutile sane fecisset, si re vera iambicos trimetros panxisset. sed iam Christ, qui quidem Suidae fidem habuit, rectum suspicatus est, nam quae scripserat<sup>1)</sup>: ‘namque primum iambicos trimetros ita panxit, ut leges quantitatis non minus religiose quam veteres poetae Graeci observaret’ statim aliquantum mutavit, cum adderet: ‘deinde poetarum Byzantinorum more, ut vocis flexus accentibus adiuvaret, non modo syllabas longas nusquam in duas breves solvit, sed etiam certis sedibus cuiusque versus accentuatas syllabas collocavit.’ sed res se habet contrarie: eadem enim severitate qua omnia alia carmina sua ecclesiastica Ioannes etiam illos tres canones ad leges rhythmicas panxit. quod quo rectius cognoscatur, primarum odarum et Ioannis et Blemmydae schemata rhythrica metricis signis expressa hic adiungemus.

1) l. c. XLVI

Io. Dam. ὡδὴ ἀ

1	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
6	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>11</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
2	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
7	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>12</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
3	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
8	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>13</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>4</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
9	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>14</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
5	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>10</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13
<b>15</b>	2 3 4 5 6 7   8 9 10 11 12 13

Blemm. ὠδὴ ἀ.

luculentissime hinc appareat, quid Blemmydes imitari voluerit: non legit simplices trimetros iambicos, sed rhythmos artificiosos illo poeta dignos, qui propter amplitudinem modulationis et ab aequalibus et a posteris summis laudibus elatus est. nam pariter atque alias Ioannes primum hirmum composuit, qui quinque versus plane diversos continet. quamobrem Christ putaverim primam secundi carminis stropham nimis respexisse, cum scriberet<sup>2)</sup> ‘canonum iambicorum Ioannis Damasceni strophas ex paribus versibus constare videri.’ deinde poeta secundum rhythmos hirmi duo vel tria troparia addidit. tamen non totum canonem ad eosdem numeros panxit, sed suos cuique odae rhythmos et modos tribuit. secundam (tertiam) enim odam ad hos rhythmos

<sup>1)</sup> Ergo infra p. 127 non τὸ πρόσταγμα φάος sed τὸ φάος πρόσταγμα scribendum est      <sup>2)</sup> l. c. CII

1	6	11	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
2	7	12	◡	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
3	8	13	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
4	9	14	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
5	10	15	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡

tertiam (quartam) ad hos

1	6	11	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
2	7	12	◡	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
3	8	13	◡	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
4	9	14	‿	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡
5	10	15	◡	◡	◡	◡	‿	◡	◡	◡	◡

conditam videmus. itaque negamus Ioannem Damascenum legem quantitatis syllabarum observandae in litteras Byzantinas reduxisse. primum enim carmen rhythmicum panxit, deinde lusu quodam in omnibus paribus locis syllabas longas posuit, quo factum est, ut si quis parum attente legerit, versus iambicos esse opinari possit.

Rhythmos igitur si recte observaveris, dubitare non poteris, quin illa stropha ‘Γένος βροτείου’ κτλ., quam supra commemoravimus, cum quarta, non tertia oda coniungenda sit. praeterea novum auxilium ad carmina nonnunquam emendanda tibi praebetur. Blemmydes noster cognitione poesis ecclesiasticae Suida multo superior rhythmos Ioannis rectissime transtulit, nugas eius imitari aspernatus est. quae cum ita sint valde dolemus, quod in hoc carmine edendo inscriptionem κανώνι λαμβικὸς πεντάστιχος sine dubio a librario quodam inscio additam non omisimus neque in lineis disponendis id spectavimus, ut genus rhythmicum etiam figura stropharum cognosceretur. quod ad sententias attinet, quae hoc carmine continentur, Blemmydes proprias et suas persecutus est. quamquam mirum non est, quod nonnunquam, cum certe Ioannis opusculum in mensa musei sui positum vere ante oculos haberet, idem vocabulum in eodem loco collocavit, velut v. 2 κῦμα — κύμασιν, v. 13 σαφῶς, v. 54/49 πορίζων, v. 85/80 εἰς αἰῶνας εὐλογητὸς εἶ aliisque locis alia.

Haec acoluthia in S. Gregorium duobus codicibus tradita est,

1. cod. Barocc. Graec. 131 saec. XIV
2. „ Lugd. Bon. Vulcani Graec. 56 saec. XIV,

quem quod in editione nostra facienda adhibuimus hic accuratius describemus. codex Lugd. Bon. Vulcani 56 saeculo XIV exaratus folia 137 chartacea continet, quae 0,25 m alta, 0,17 m lata sunt; lineae scriptae habent altitudinem 0,19 m, latitudinem 0,11 m.

1. fol. 1<sup>r</sup> μυθικὴ διήγησις τὰ κατὰ στεφ(α)νίτην καὶ ἵχνηλάτην<sup>1</sup>) ἡ λεγομένη σαρανικὴ διαλέκτῳ λιλεούτε- μένη (?).

inc.: ὁ τῶν ιουδῶν βασιλεὺς ἀβεσαλὼμ κτλ.

expl. fol. 4<sup>r</sup>: ἐκ πολλοῦ ἥδη συνετώτατος.

fol. 4<sup>v</sup> index partium sequentium.

fol. 5<sup>r</sup> vacat.

2. folia 5<sup>v</sup>—8<sup>v</sup> tabulas quasdam medicas et arithmeticas continent.

3. fol. 9<sup>r</sup> προκοπίου δήτορος περὶ τῶν κτισμάτων ιουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως. βιβλίον ἄ.

inc.: θεοῦ ἀρετῆς ἐπίδειξιν κτλ.

expl. fol. 86<sup>v</sup> καὶ φιλοκάλου πλέους ἀπενεγκεῖν.

4. fol. 87<sup>r</sup> τοῦ δσιωτάτου ἐν μοναχοῖς, ἰερωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου κυροῦ νικηφόρου τοῦ βλεμμύδου πρὸς τὸν ἀοίδιμον βασιλέα κυρὸν ιωάννην τὸν δούκαν. (cf. pag. 100)

inc.: ἥδειν καὶ πρότερον κτλ.

expl. fol. 92<sup>r</sup>: πολλαῖς κυκλοφορίαις.

5. fol. 92<sup>r</sup>: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν μονὴν τῶν σωσάνδρων στίχοι ἡρωικοί. (cf. pag. 112)

inc.: τὸνδε νεών μεγεθύντατον κτλ.

expl. fol. 93<sup>v</sup>: φερωνυμίη σαόσανδρον.

6. fol. 93<sup>v</sup>: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτὴν μονὴν στίχοι λαμβεῖον. (cf. pag. 115)

<sup>1</sup>) v. K. Krumbacher l. c. 473 sq.

- inc.: <ὅ>τι βασιλεύς ἔστιν κτλ.  
expl. fol. 94<sup>v</sup>: δυσεμετρήτοις χρόνοις.  
7. fol. 94<sup>r</sup>: τοῦ αὐτοῦ στίχοι εἰς τὸν ἄγιον δημήτριον. (cf. pag. 119)  
inc.: φυτονογὸς ὡς ἀριστος κτλ.  
expl. fol. 95<sup>r</sup>: σωματικῆς οὐσίας.  
8. fol. 95<sup>r</sup>: τοῦ αὐτοῦ ἀκολουθία εἰς τὸν ἄγιον γρηγόριον τὸν Θεολόγον. (cf. pag. 122)  
inc.: ταῖς τῶν λόγων κτλ.  
expl. fol. 99<sup>v</sup>: ἀθέους κενοφωνίας.  
folia 100, 101, 102 vacant.  
9. fol. 103<sup>r</sup>: τοῦ σοφωτάτου βασιλέως κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου περὶ τῶν θεμάτων.  
inc.: περὶ τῶν θεμάτων κτλ.  
expl. fol. 116<sup>r</sup>: δὲ νῦν δανούβιος.  
10. fol. 116<sup>r</sup>: δὲ ἄγιασμὸς καθ' ἐκαστον μῆνα φαλλόμενος.  
inc.: ἡ τὸ χαῖρε δι' ἀγγέλου κτλ.  
expl. fol. 130<sup>r</sup>: καὶ ἡ ἀπόλυτις.  
11. fol. 130<sup>r</sup>: εὐχὴ λεγομένη παρὰ τοῦ πρώτου τῶν ἑπτὰ ἱερέων.  
inc.: εὕσπλαγχνε κτλ.  
expl. fol. 130<sup>v</sup>: τῶν πρετόρων.  
12. fol. 131<sup>r</sup>: ἐπιστολὴ ἵππονοράτους πρὸς τὸν βασιλέα αἰγύπτου πτολεμαῖον.  
inc.: ἐπιμελούμενοι κτλ.  
expl. fol. 133<sup>r</sup>: μείζονος ἐνεργεστέρας.  
fol. 133<sup>r</sup>: μηνολόγιον ἰατρικὸν πάννῳ ὠφέλιμον πεπειραμένον καὶ καλόν.  
inc.: μὴ σεπτὸς κτλ.  
expl. fol. 134<sup>r</sup>: πένησι δὲ πλοῦτος.  
13. folia 134<sup>v</sup>—137<sup>r</sup> res medicas posteriore aetate scriptas continent.

In eodem codice Barocciano 131 fol. 360<sup>r</sup>—360<sup>v</sup> alter quoque Blemmydae in S. Gregorium canon exstat, qui his verbis incipit: *Μωσὴν, πάτερ, σοφέ, σὲ γινώσκομεν κτλ.* nimiae tamen difficultates mihi obstiterunt,

quominus hoc quoque carmen in publicum ederem. eo maiore igitur gaudio affectus sum, quod e codice illo Lugdunensi, quem modo accurate descripsi, compluria alia poemata typis mandare potui, quae Blemmydes certis occasionibus datis partim sua sponte partim alio quodam auctore panxit. atque primum quidem imperator Ioannes Vatatzes nescio quo anno prope Magnesiam oppidum monasterium nomine Sosandra condidit, quod matri Iesu Christi dedicavit et opulentissime exornavit.<sup>1)</sup> quod fanum cum consecrandum esset, Blemmydes imperatoris, ni fallimur, iussu duo carmina alterum heroicis alterum iambicis versibus composuit, quae nos infra (p. 112—119) typis expressimus. atque imperatoris laudes eis praedicantur, qui ecclesiam tot beneficiis affecisset. metra autem quisquis respexerit, facile videbit versus iambicos multo elegantes esse et lenius ad numeros profluere quam hexametros. ad antiquas vero leges poeta ne illos quidem aptare voluit, sed more Byzantino et numerum syllabarum et accentus verborum ita respexit, ut in paenultimo quoque loco syllabam accentuatam collocatam videamus<sup>2)</sup>, nisi forte etiam aliae leges latent. in hexametris contra consilium ac rationem poetae frustra quaesiveris. non nulli enim versus, quibus satis appetit praecipue Homeri carmina nostrum diligentissime perlegisse, fortasse ne a Zoilo quidem vituperentur, alii secundum rhythmos et vocum sonos compositi sunt. praetereunti quasi commemorare mihi liceat in monasterio Sosandrorum post paucos annos res atrocissimas gestas esse. cum enim imperator Theodorus II ut antea eius pater ibi sepultus esset<sup>3)</sup>, Georgius Muzalon, qui imperium administrandum voluntate defuncti susceperebat, simul cum Theodoro et Andronico fratribus intra muros huius fani Michaele Palaeologo auctore necati sunt, qui hoc scelere viam ad regnum sibi patefecit.<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Nic. Gregor. I 44      <sup>2)</sup> ἀδυσχερῶς p. 115 v. 5 et παρόν p. 121 v. 69 emendare ausus non sum.      <sup>3)</sup> Nic. Gregor. I 50 Georg. Acrop. 164      <sup>4)</sup> Nic. Gregor. I 64 Georg. Acrop. 165

Aliud carmen Blemmydes in S. Demetrium condidit, patronum divum Thessalonicensium<sup>1)</sup>, qui eum in iure iurando invocare solebant.<sup>2)</sup> quod poema quin Blemmydes anno 1240. panxerit, cum aliquamdiu in urbe Thessalonicensium versaretur (cf. p. XVIII et 36 sq.), in dubium vocari non potest, nam auctor ipse destinavit, ut die festo S. Demetrii, priusquam eius vita recitata esset, in ecclesia declamaretur.<sup>3)</sup> venustissime igitur hoc carmine gratiam rettulit, quod hospitaliter ibi exceptus erat, nam prae omnibus aliis poematis huic tantam suavitatem et verborum et sententiarum dedit, ut neminem legendo non delectari existimem.

Imperatorem Ioannem, quocum intima familiaritate, ut supra vidimus, coniunctus fuit, Blemmydes saepius versibus laudavit. cum enim a Romano, quem erudiebat (cf. p. XVIIIsq.), apud eum accusatus et ne cognita quidem causa absolutus esset, poetice gratias egit summisque laudibus eum extulit. quare hoc carmen in eo genere litterarum Byzantinarum numerandum est, quod iterum atque iterum reprehensionem movit et nomen Byzantium mala illa fama induit. sed haec carmina quamquam non usque quaque laudanda tamen aliter iudicanda videntur atque similia illa, quibus saeculis XVII et XVIII poetae nostrates principes adulari soliti sunt. hi enim re vera dignitatem abiecerunt et ad pedes potentium prostraverunt, Blemmydam tale quoddam nunquam nec fecisse nec cogitavisse tota eius vita testatur. eloquentiae vero arte Byzantini compensare cogeabantur, quodcumque ceteris artibus exprimere natura eis negaverat. quamobrem non omnia quidem sed multa eorum carmina huius generis tapetibus illis imaginibus variis rerum a principibus gloriose gestarum intextis comparaverim, quibus domus regum ornari solebant.

<sup>1)</sup> De ecclesia S. Demetrii confer I. Laurent, Sur la date des Églises St Démétrius et St Sophie à Thessalonique. Byz. Zeitschr. IV (1895) 420—435    <sup>2)</sup> Georg. Acrop. 88    <sup>3)</sup> cf. p. 119 annot.

